

Post haec, inquit, ambulabat Jesus in Galilaeam. Non enim volebat in Iudaeam ambulare, quia quaerebant eum Iudaei interficere.<sup>1</sup> Hoc infirmitatis nostrae praebebat exemplum, non ipse perdidit potestatem, sed nostram consolabatur fragilitatem. Futurum enim erat, ut dixi, ut aliqui fideles ejus absconderent se, ne a persecutoribus invenirentur: et ne illis pro crimine objiceretur latibulum, praecessit in capite, quod in membris confirmaretur.

Potuit enim Christus ambulare in Iudaeam, et non occidi, qui ait: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam* (Joan. X). Hanc potestatem ostendit, dum voluit, dum ad vocem illius retro ceciderunt qui eum cum armis venerant apprehendere (Joan. XVIII).

Erat autem in proximo dies festus Iudaeorum Scenopegia,<sup>2</sup> Scenopegia est dies festus quo Iudaei mense septimo in tabernaculis sub ramis arborum habitare diebus septem jubebantur (Levit. XXIII), ad memoriam habitationis illorum in eremo. Iste erat dies festus quem Iudaei magna solemnitate celebrabant, velut reminiscences beneficiorum Domini, qui eos eduxit de terra Aegypti. Dies festus Azymorum Iudaeorum dicitur non unus dies, sed quotquot illius festivitatis fuerunt, quasi unum diem festum propter unius festivitatis consuetudinem nominare solebant.

Dixerunt ergo ad eum fratres ejus: *Transi hinc, et vade in Iudaeam.*<sup>3</sup> Fratres Domini usitatissimo sanctae Scripturae more consanguinei sanctae Mariae semper virginis dicebantur.

Dopo questi fatti, Gesù se ne andava per la Galilea; infatti non voleva più percorrere la Giudea, perché i Giudei cercavano di ucciderlo. Offriva questo esempio della nostra debolezza, non aveva perduto la potestà, ma consolava la nostra fragilità. Sarebbe avvenuto, come dissi, che alcuni suoi fedeli si sarebbero nascosti per non essere scovati dai persecutori; e, affinché il nascondiglio non fosse loro rinfacciato come un crimine, avvenne prima nel capo ciò che sarebbe stato confermato nelle membra.

Cristo poté infatti muoversi tra i Giudei, e non essere ucciso, lui che disse: *Ho il potere di dar[e la mia vita] e il potere di riprenderla di nuovo* (Gv 10, 18). Dimostrò questa potestà, quando volle: quando, alla sua voce, caddero all'indietro coloro che erano venuti a prenderlo con le armi (cfr Gv 18, 6ss).

Si avvicinava intanto la festa dei Giudei, la Scenopegia. Scenopegia è la festa in cui i Giudei nel settimo mese erano invitati ad abitare per sette giorni in capanne sotto i rami degli alberi (cfr Lv 23, 33-36), in memoria delle loro abitazioni nel deserto. Questa era la festa che i Giudei celebravano con grande solennità, come ricordando i benefici del Signore, che li aveva condotti fuori dalla terra d'Egitto. Giorno di festa degli Azimi dei Giudei è detto non un solo giorno, ma quanti prendevano parte a quella festività, erano soliti nominarli per consuetudine, quasi fossero un unico giorno di festa, a causa dell'unica festività.

I suoi fratelli gli dissero: *Parti di qui e va' nella Giudea.* Fratelli del Signore per una più che consolidata consuetudine della santa Scrittura erano detti i parenti della santa sempre-vergine Maria.

## TRACTATUS XXVIII

*Adscendit ad die festum, non manifeste, sed tamquam in occulto* (Io 7, 1-14).

Quoniam futura erant membra eius, id est fideles eius, qui non haberent illam potestatem quam habebat ipse Deus noster, quod latebat, quod se tamquam ne occideretur occultabat hoc indicabat factura essent membra sua, in quibus utique membris suis ipse erat. Non enim Christus in capite et non in corpore, sed Christus totus in capite et in corpore.

1. In isto Evangelii capitulo, fratres, Dominus noster Iesus Christus secundum hominem se plurimum commendavit fidei nostrae. Etenim semper hoc agit dictis et factis suis, ut Deus credatur et homo: Deus qui nos fecit, homo qui nos quaesivit; Deus cum Patre semper, homo nobiscum ex tempore. Non enim quaereret quem fecerat, nisi fieret ipse quod fecerat. Verum hoc mementote, et de cordibus vestris nolite dimittere, sic esse Christum hominem factum, ut non destiterit Deus esse. Manens Deus accepit hominem, qui fecit hominem. Quando ergo latuit ut homo, non potentiam perdidisse putandus est, sed exemplum infirmitati praebuisse. Ille enim quando voluit detentus est, quando voluit occisus est. Sed quoniam futura erant membra eius, id est fideles eius, qui non haberent illam potestatem quam habebat ipse Deus noster; quod latebat, quod se tamquam ne occideretur occultabat, hoc indicabat factura esse membra sua, in quibus utique membris suis ipse erat. Non enim Christus in capite et non in corpore, sed Christus totus in capite et in corpore. Quod ergo membra eius, ipse: quod autem ipse, non continuo membra eius. Nam si non ipse essent membra eius, non diceret: *Saule, quid me persequeris?* Non enim Saulus ipsum, sed membra eius, id est fideles eius, in terra persequeretur. Noluit tamen dicere, sanctos meos, servos meos; postremo honorabilis, fratres meos: sed: *Me*, hoc est membra mea, quibus ego sum caput.

**Nostram consolabatur fragilitatem.**

2. His praedictis, puto nos in hoc capitulo quod modo lectum est, non esse laboruros: saepe enim significatum est in capite, quod futurum erat in corpore.

Post haec, inquit, ambulabat Iesus in Galilaeam: non enim volebat in Iudaeam ambulare, quia quaerebant eum Iudaei interficere. Hoc est quod dixi: infirmitati nostrae praebebat exemplum. Non ipse perdidit potestatem, sed nostram consolabatur fragilitatem. Futurum enim erat, ut dixi, ut aliqui fidelis eius absconderet se, ne a persecutoribus inveniretur; et ne illi pro crimine obiceretur latibulum, praecessit in capite quod in membris confirmaretur.

Sic enim dictum est: *Nolebat ambulare in Iudaeam, quia quaerebant eum Iudaei occidere: quasi non posset Christus et ambulare inter Iudaeos, et non occidi a Iudaeis.* Hanc enim potentiam, quando voluit, demonstravit: nam cum eum iam passurum tenere vellent, ait illis: *Quem quaeritis? Responderunt: Iesum. Et ille: Ego sum;* non se occultans, sed manifestans. Ad eam tamen manifestationem illi non substiterunt, sed redeuntes retro ceciderunt. Et tamen quia pati venerat, surrexerunt, tenuerunt, ad iudicem adduxerunt, et occiderunt. Sed quid fecerunt? Quod ait quaedam Scriptura: *Terra tradita est in manus impiorum:* caro data est in potestatem Iudaeis. Et hoc propterea, ut quasi sacculus conscinderetur, unde nostrum pretium manaret.

**3. Erat autem in proximo dies festus Iudaeorum Scenopegia.**

Quid sit Scenopegia, Scripturas qui legerunt, noverunt. Faciebant die festo tabernacula, ad similitudinem tabernaculorum in quibus habitaverant cum ex Aegypto educti peregrinarentur in eremo.

Iste erat dies festus, magna sollemnitas. Celebrabant hoc Iudaei, velut reminiscences beneficia Domini,

qui occisuri erant Dominum. Hoc ergo die festo (quia plures erant dies festi; sic enim appellabatur apud Iudaeos dies festus, ut non esset dies unus, sed plures)

locuti sunt fratres eius ad Dominum Christum. *Fratres eius* sic accipite, sicut nostis: non enim novum est quod auditis. Consanguinei virginis Mariae, fratres Domini dicebantur. Erat enim consuetudinis Scripturarum, appellare fratres quoslibet

<sup>1</sup> Gv 7, 1.

<sup>2</sup> Gv 7, 2 NCEI traduce: "Si avvicinava intanto la festa dei Giudei, quella delle Capanne."; lo svolgimento del commento richiede di mantenere il termine di scenopegia.

<sup>3</sup> Gv 7, 3.

Nam Abraham et Loth,

et Laban et Jacob, fratres sunt dicti, cum esset Laban avunculus Jacob<sup>4</sup>. Cum ergo audieritis fratres Domini, Mariae cogitate consanguinitatem, non iterum parientis ullam progeniem.

Diximus fratres qui fuerunt, audiamus quid dixerunt: *Transi hinc, et vade in Iudaeam.*

*Ut et discipuli tui videant opera tua quae facis.*<sup>5</sup> Opera Domini discipulos non latebant, sed istos latebant. Isti enim fratres, id est consanguinei, Christum consanguineum habere potuerunt: credere autem in eum ipsa propinquitate fastidierunt;

ideo continuo evangelista secutus est:

*Neque enim fratres ejus credebant in eum.*<sup>6</sup> Quare in eum non credebant? Quia humanam gloriam requirebant, dicentes ad eum:

*Transi hinc et vade in Iudaeam, ut et discipuli tui videant opera tua. Nemo quippe in occulto aliquid facit, et quaerit ipse palam esse.*

*Si haec facis, manifesta te ipsum mundo.*<sup>7</sup> Nam his verbis ostenditur gloriam illius carnaliter quaerere eos, quasi dixissent,

Facis mirabilia,

sed abscondite. Transi in Iudaeam, ut principatus gentis, et civitas caput regni videant mirabilia tua.

Innotesce, appare omnibus, ut laudari possis ab omnibus.

Quibus ergo ad haec Dominus Jesus dicit:

*Meum tempus nondum advenit: tempus autem vestrum semper est paratum.*<sup>8</sup>

Apostolus dicit: *Postquam venit plenitudo temporis, misit Deus Filium (Galat. IV).*<sup>9</sup>

Tempus vero gloriae Christi nondum venit

cum haec locutus est. Quid illi videntur quaerere,

qui ei suadebant ire in Iudaeam, miracula facere, mundo innotescere? *Ne latens, ignobilis putaretur.*

Sed ille voluit altitudinem humilitatem praecedere, et ad ipsam celsitudinem per humilitatis viam pervenire.

Infatti Abramo e Lot,

e Labano e Giacobbe sono chiamati fratelli, pur essendo Labano zio materno di Giacobbe. Quando, dunque, sentite [parlare] dei fratelli del Signore, pensate ai parenti di Maria, che non ha generato altra progenie.

Abbiamo detto chi erano i fratelli; ascoltiamo cosa dissero: *Parti di qui e va' nella Giudea.*

*Perché anche i tuoi discepoli vedano le opere che tu compi.* Le opere del Signore non erano nascoste ai discepoli, ma erano nascoste a costoro. Questi fratelli infatti, cioè i parenti, poterono avere Cristo come parente; ma la prossimità stessa intralciava il credere in lui;

Pertanto, senza interruzione, l'evangelista prosegue:

*Neppure i suoi fratelli infatti credevano in lui.* Perché non credevano in lui? Perché cercavano la gloria umana, dicendogli:

*«Parti di qui e va' nella Giudea, perché anche i tuoi discepoli vedano le opere [...]. Nessuno infatti, se vuole essere riconosciuto pubblicamente, agisce di nascosto. Se fai queste cose, manifesta te stesso al mondo!».* Infatti con queste parole si manifesta che essi cercavano la sua gloria carnalmente, quasi avessero detto,

Fai miracoli,

ma di nascosto. Va' nella Giudea, affinché i capi della gente, e la capitale del regno vedano i tuoi miracoli.

Fai miracoli,

ma di nascosto. Va' nella Giudea, affinché i capi della gente, e la capitale del regno vedano i tuoi miracoli.

Fatti conoscere, mostrati a tutti per essere lodato da tutti.

Per questi motivi il Signore Gesù disse loro:

*Il mio tempo non è ancora venuto; il vostro tempo invece è sempre pronto.*

L'Apostolo dice: *quando venne la pienezza del tempo, Dio mandò il [...] Figlio (Gal 4, 4).*

Invero

il tempo della gloria di Cristo non era ancora venuto

quando disse ciò. Cosa vediamo che cercano quelli che lo persuadevano ad andare in Giudea, a fare miracoli, a rendersi noto al mondo? Affinché, restando nascosto, non lo reputassero ignobile.

Ma egli volle che l'umiliazione precedesse l'esaltazione, e pervenire alla vita celestiale sulla via dell'umiltà.

consanguineos et cognationis propinquos, et extra usum nostrum, non quo more nos loquimur. Nam quis dicat fratres avunculum et filium sororis? Scriptura tamen etiam huiusmodi cognationes fratres appellat.

Nam Abraham et Lot

fratres sunt dicti, cum esset Abraham patruus Lot:

et Laban et Iacob fratres sunt dicti, cum esset Laban avunculus Iacob. Cum ergo auditis fratres Domini, Mariae cogitate consanguinitatem, non iterum parientis ullam propaginem.

Sicut enim in sepulcro ubi positum est corpus Domini, nec antea nec postea mortuus iacuit; sic uterus Mariae nec antea nec postea quidquam mortale concepit.

4. Diximus fratres qui fuerint; audiamus quid dixerint. *Transi hinc, et vade in Iudaeam,*

*ut et discipuli tui videant opera tua, quae tu facis.* Opera Domini discipulos non latebant, sed istos latebant. Isti enim fratres, id est consanguinei, Christum consanguineum habere potuerunt, credere autem in eum ipsa propinquitate fastidierunt.

Dictum est in Evangelio: non enim hoc nos audemus opinari, modo audistis. Addunt, et monent: *Nemo enim in occulto quid facit, et quaerit ipse in palam esse: si haec facis, manifesta te ipsum mundo.*

Et continuo:

*Neque enim fratres eius credebant in eum.* Quare in eum non credebant? Quia humanam gloriam requirebant.

Nam et quod eum videntur monere fratres, gloriae ipsius consulunt:

Facis mirabilia,

innotesce; id est, appare omnibus, ut laudari possis ab omnibus.

Loquebatur caro carni: sed caro sine Deo, carni cum Deo. Loquebatur enim prudentia carnis Verbo quod caro factum est et habitavit in nobis.

**Excelsa est patria, humilis via.**

5. Quid ad haec, Dominus? *Dicit ergo eis Iesus:*

*Tempus meum nondum venit, tempus autem vestrum semper est paratum.*

Quid est hoc? Nondum venerat tempus Christi? Quare ergo Christus venerat, si tempus eius nondum venerat? Nonne audivimus

Apostolum dicentem: *Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum?* Si ergo in plenitudine temporis missus est; quando debuit missus est, quando oportuit venit: quid est:

*Tempus meum nondum venit?*

Intellegite, fratres, quo animo illi loquebantur, qui quasi fratrem suum monere videbantur. Dabant ei consilium consequendae gloriae,

veluti saeculariter et terreno affectu monentes,

ne esset ignobilis et latitaret:

quod ergo ait Dominus: *Tempus meum nondum venit*, illis respondit qui ei consilium de gloria dabant: *Tempus gloriae meae nondum venit.* Videte quam profundum sit: de gloria illi admonebant,

sed ille voluit altitudinem humilitate praecedere, et ad ipsam celsitudinem per humilitatem viam sternere.

Nam et illi discipuli utique gloriam requirebant, qui volebant sedere unus ad dexteram eius, et alter ad sinistram: attendebant quo, et non videbant qua; Dominus eos, ut ordinate venirent ad patriam, revocavit ad viam. Excelsa est enim patria, humilis via.

Patria est vita Christi, via est mors Christi: patria est mansio Christi, via est passio

<sup>4</sup> cfr Gn 11, 27-31; 13, 8; 14, 14; 28, 2; 29, 10-15.

<sup>5</sup> Gv 7, 3.

<sup>6</sup> Gv 7, 5.

<sup>7</sup> Gv 7, 3-4 Vulg.: "Transi hinc, et vade in Iudaeam, ut et discipuli tui videant opera tua, quae facis. Nemo quippe in occulto quid facit, et quaerit ipse palam esse: si haec facis, manifesta te ipsum mundo."

<sup>8</sup> Gv 7, 6 Vulg.: "Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum ...". Benché "Jesus dicit" non sia esattamente citazione testuale della prima parte del v. 6, in italiano lo evidenzio col corsivo.

<sup>9</sup> Gal 4, 4 Vulg.: "At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum"; VL: "Postquam vero venit plenitudo temporum, misit Deus Filium suum".

*Tempus autem vestrum, id est mundi gloria, semper est paratum:*

erit enim tempus gloriae. Qui venit in humilitate, veniet in altitudine.  
Qui venit iudicandus, veniet iudicaturus. Qui venit occidi a mortuis, veniet iudicare de  
vivi et mortuis.

*Vos ascendite ad diem festum hunc.*<sup>10</sup> Quid est hunc? Ubi gloriam humanam

*Il vostro tempo invece, cioè la gloria del mondo, è sempre pronto.*

Verrà infatti il tempo della gloria. Colui che venne, nell'umiltà verrà nella altezza.  
Colui che venne per essere giudicato, verrà per giudicare. Colui che venne per essere  
ucciso dai morti, verrà per giudicare i vivi e i morti.

*Salite voi a questa festa. Cosa significa questa? In cui cercate la gloria umana. Cosa*

Christi. Qui recusat viam, quid quaerit patriam? Denique et illis hoc respondit, quaerentibus altitudinem: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Ecce qua venit ad celsitudinem quam desideratis. Calicem quippe commemorabat humilitatis atque passionis.

**6.** Ergo et hic: *Tempus meum nondum venit; tempus autem vestrum, id est, mundi gloria, semper est paratum.*

Hoc est tempus de quo in prophetia loquitur Christus, id est, corpus Christi: *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* Modo enim non est tempus iudicandi, sed iniquos tolerandi. Ferat igitur modo corpus Christi, et toleret iniquitatem male viventium. Habeat tamen iustitiam modo, antequam habeat iudicium: per iustitiam enim perveniet ad iudicium. Tolerantibus quippe membris iniquitatem saeculi huius quid Scriptura sancta dicit in Psalmo? *Non repellet Dominus plebem suam.* Laborat quippe plebs eius inter indignos, inter iniquos, inter blasphemantes, inter murmurantes, detrahentes, insectantes, et si liceat, perimentes. Laborat quidem; sed *non repellet Dominus plebem suam, et haereditatem suam non derelinquet, quoadusque iustitia convertatur in iudicium. Quoadusque iustitia* quae modo est in sanctis eius, *convertatur in iudicium; cum implebitur quod eis dictum est: Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel.* Habebat iustitiam Apostolus, sed nondum illud iudicium de quo dicit: *Nescitis quoniam angelos iudicabimus?* Sit ergo modo tempus iuste vivendi, postea erit tempus eos qui male vixerint, iudicandi. *Quoadusque iustitia, inquit, convertatur in iudicium.* Hoc erit tempus iudicii, de quo Dominus modo dixit: *Tempus meum nondum venit.*

Erit enim tempus gloriae, ut qui venit in humilitate, veniat in altitudine.

Qui venit iudicandus, veniet iudicaturus: qui venit occidi a mortuis, veniet iudicare de vivi et mortuis.

*Deus, inquit Psalmus, manifestus veniet, Deus noster et non silebit.* Quid est, *manifestus veniet?* Quia venit occultus. Tunc non silebit: nam quando venit occultus *sicut ovis ad immolandum ductus est, et sicut agnus coram tondente se non aperuit os suum.* Veniet et non silebit. *Tacui, inquit, numquid semper tacebo?*

**Quando veniet tempus nostrum.**

**7.** Modo autem quid necessarium est eis qui habent iustitiam? Quod in illo ipso psalmo legitur: *Quoadusque iustitia convertatur in iudicium; et qui habent eam, omnes recti corde.* Quaeritis fortasse qui sunt recti corde? Illos invenimus in Scriptura rectos corde, qui mala saeculi tolerant, et non accusant Deum. Videte, fratres; rara avis est ista quam loquor. Nescio quo enim modo quando evenit homini aliquid mali, Deum currit accusare, qui deberet se. Quando boni aliquid agis, te laudas: quando mali aliquid pateris, Deum accusas. Hoc est ergo cor tortum, non rectum. Ab ista distortione et pravitate si corrigaris, convertetur in contrarium quod faciebas. Antea enim quid faciebas? Laudabas te in bonis Dei, accusabas Deum in malis tuis: converso corde et directo, laudabis Deum in bonis suis, accusabis te in malis tuis. Isti sunt recti corde. Denique ille nondum recto corde, cui displicebat felicitas malorum et labor bonorum, ait correctus: *Quam bonus Deus Israel rectis corde! Mei autem, quando non eram recto corde, pene commoti sunt pedes, paulo minus effusi sunt gressus mei. Quare? Quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum intuens, inquit, malos felices, et displicuit mihi Deus; hoc enim volebam, ut non permitteret Deus malos esse felices. Intellegat homo: nunquam hoc permittit Deus; sed ideo malus felix putatur, quia quid sit felicitas ignoratur. Simus ergo recti corde: tempus gloriae nostrae nondum venit. Dicatur amatoribus huius saeculi, quales erant fratres Domini: *Tempus vestrum semper est paratum; tempus nostrum nondum venit.* Audeamus enim hoc dicere et nos. Et quoniam corpus Domini nostri Iesu Christi sumus, quoniam membra eius sumus, quoniam caput nostrum gratanter agnoscimus, dicamus prorsus; quoniam propter nos et ipse hoc dignatus est dicere. Quando nobis insultant amatores huius saeculi, dicamus eis: *Tempus vestrum semper est paratum; tempus nostrum nondum venit.* Nobis enim dixit Apostolus: *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Quando veniet tempus nostrum? *Cum Christus, inquit, apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.**

**8.** Quid deinde addit? *Non potest mundus odisse vos.* Quid est hoc, nisi: Non potest mundus odisse amatores suos, falsos testes? Bona enim dicitis quae mala sunt, et mala quae bona sunt. *Me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt.*

*Vos ascendite ad diem festum hunc.* Quid est hunc? Ubi gloriam humanam quaeritis.

<sup>10</sup> Gv 7, 8.

quaeritis. Quid est *hunc*? Ubi extendere vultis carnalia gaudia, non aeterna cogitare.

*Ego non ascendo ad diem festum hunc, quia meum tempus nondum impletum est.*<sup>11</sup> In diem festum gloriam vos humanam quaeritis; meum vero tempus, id est gloriae meae, nondum venit. Ipse erit dies festus meus non diebus istis percurrrens et transiens, sed manens in aeternum. Ipsa erit festivitas, gaudium sine fine, aeternitas sine labe, serenitas sine nube.

*Haec cum dixisset, ipse mansit in Galilaea. Ut autem ascenderant fratres ejus, tunc et ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto.*<sup>12</sup> Ideo non ad diem festum hunc, quia non gloriam temporaliter quaerebat, sed aliquid docere salubriter, corrigere homines, de die festo aeterno admonere, amorem ab hoc saeculo avertere, et in Deum convertere. Quid est autem, quasi latenter ascendit ad diem festum? Non vacat et hoc Domini opus.

Nam omnes dies festi Judaeorum in figura fuerunt. Ideo latenter ascendebat in eis, quia Christus latuit in illis: populo priori occultus, modo vero meliori populo manifestus; quia quod ille populus in umbra agebat,

nos jam manifesta luce facimus.

Unde licet intelligere vel hanc Domini responsionem, qua ait: *Ego non ascendo ad diem festum hunc*, ad passionem illius pertinere, quia Christus non in festivitate scenopegiae, sed in festivitate Paschali, qua agnus occidi solebat, crucem ascendit.

Judaei autem quaerebant eum in die festo<sup>13</sup> antequam ascenderet, priores enim fratres ascenderant. Non tunc ascendit ille, quando illi putabant et volebant, ut jam hoc

significa *questa*? In cui volete incrementare le gioie carnali, non meditare quelle eterne.

*Io non salgo a questa festa, perché il mio tempo non è ancora compiuto.* In questo giorno di festa voi cercate la gloria umana; il tempo mio, però, cioè [quello] della mia gloria, non è ancora giunto. Il mio giorno di festa non sarà quello che trascorre in questi giorni e passa, ma rimane in eterno. Questa sarà la festa: gioia senza fine, eternità senza difetto, serenità senza nubi.

*Dopo aver detto queste cose, restò nella Galilea. Ma quando i suoi fratelli salirono per la festa, vi salì anche lui: non apertamente, ma quasi di nascosto.* Pertanto non andò a quella festa, perché non cercava la gloria nel tempo, ma di dare insegnamenti salutari, di correggere gli uomini, di richiamare alla festa eterna, di volgere l'amore via da questo secolo e rivolgerlo a Dio. Ma che significa [che] salì alla festa quasi di nascosto? Neppure questa opera del Signore è vana.

Infatti tutti i giorni di festa dei Giudei furono in immagine. Pertanto saliva di nascosto in essi, perché Cristo era nascosto in essi; occulto per il popolo di prima, ma ora manifesto per il popolo migliore; poiché quanto era adombrato in ciò che compiva quel popolo,

noi ormai lo facciamo in aperta luce.

Per cui è lecito comprendere anche questa risposta del Signore, in cui dice: *Io non salgo a questa festa*, come riferita alla sua passione, perché Cristo, non nella festa della scenopegia, ma nella festa di Pasqua, in cui era solito essere ucciso l'agnello, salì sulla croce.

*I Giudei intanto lo cercavano durante la festa*, prima che egli salisse; per primi infatti erano saliti i fratelli. Egli non vi era andato allorquando essi pensavano e volevano,

Quid est *hunc*? Ubi extendere vultis carnalia gaudia, non aeterna cogitare.

*Ego non ascendo ad diem festum hunc, quia meum tempus nondum impletum est.* In die festo hoc gloriam vos humanam quaeritis; meum vero tempus, id est gloriae meae, nondum venit. Ipse erit dies festus meus, non diebus istis praecurrrens et transiens, sed permanens in aeternum: ipsa erit festivitas, gaudium sine fine, aeternitas sine labe, serenitas sine nube.

*Haec cum dixisset, ipse mansit in Galilaea. Ut autem ascenderunt fratres eius, tunc et ipse ascendit ad diem festum; non manifeste, sed quasi in occulto.* Ideo non ad diem festum hunc, quia non gloriari temporaliter, sed aliquid docere salubriter, corrigere homines, de die festo aeterno admonere, amorem ab hoc saeculo avertere, et in Deum convertere cupiebat. Quid est autem, quasi latenter ascendit ad diem festum? Non vacat et hoc Domini.

Videtur mihi, fratres, etiam hinc, quod quasi latenter ascendit, aliquid significare voluisse: nam consequentia docebunt sic eum ascendisse mediato die festo, id est mediatis illis diebus, ut etiam palam doceret. Sed quasi latenter dixit, ne se ostenderet hominibus. Non vacat quod latenter ascendit Christus ad diem festum, quia ipse latebat in illo die festo. Adhuc etiam ego quod dixi, in latibulo est. Manifestetur ergo, tollatur velum, et appareat quod erat secretum.

**Scenopegia umbra erat futurorum.**

**9.** Omnia quae dicta sunt antiquo populo Israel in multiplici scriptura sanctae Legis, quae agerent sive in sacrificiis, sive in sacerdotiis, sive in diebus festis, et omnino in quibuslibet rebus quibus Deum colebant, quaecumque illis dicta et praecepta sunt, umbrae fuerunt futurorum. Quorum futurorum? Quae implentur in Christo. Unde dicit Apostolus: *Quotquot enim promissiones Dei, in illo etiam:* id est, in illo impletae sunt. Deinde dicit alio loco: *Omnia in figura contingebant illis; scripta sunt autem propter nos, in quos finis saeculorum obvenit.* Dixit et alibi: *Finis enim Legis Christus est.* Item alio loco: *Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniae, aut sabbatorum, quod est umbra futurorum.* Si ergo omnia illa umbrae fuerunt futurorum; et Scenopegia umbra erat futurorum. Hic ergo dies festus, quaeramus cuius futuri umbra erat. Exposui quid erat Scenopegia: celebratio erat tabernaculorum, propterea quia populus de Aegypto liberatus tendens per desertum ad terram promissionis, in tabernaculis habitavit. Quid sit animadvertamus, et nos erimus; nos, inquam, qui membra Christi sumus, si sumus: illo autem dignante nos, non nobis promerentibus. Attendamus ergo nos, fratres: educti sumus de Aegypto, ubi diabolo tamquam Pharaoni serviebamus: ubi lutea opera in terrenis desideriiis agebamus, et in eis multum laborabamus. Etenim nobis Christus quasi lateres facientibus clamavit: *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis.* Hinc educti per Baptismum tamquam per mare Rubrum, ideo rubrum, quia Christi sanguine consecratum, mortuis omnibus inimicis nostris qui nos insectabantur, id est, deletis omnibus peccatis nostris, transiecti sumus. Modo ergo antequam ad patriam promissionis, id est, aeternum regnum veniamus, in deserto in tabernaculis sumus. Qui ista agnoscunt, in tabernaculis sunt: futurum enim erat ut quidam hoc agnoscerent. Ille enim est in tabernaculis, qui se esse in mundo intellegit peregrinum. Ille se intellegit peregrinantem, qui se videt patriae suspirantem. Cum autem corpus Christi est in tabernaculis, Christus est in tabernaculis. Sed tunc non evidenter, sed latenter. Adhuc enim umbra lucem obscurabat: veniente luce, umbra remota est. Christus erat in occulto, in Scenopegia Christus erat, sed latens Christus. Modo iam cum manifestata sunt ista, agnoscimus nos iter agere in eremo: si enim agnoscamus, in eremo sumus. Quid est in eremo? In deserto. Quare in deserto? Quia in isto mundo, ubi sititur in via inaquosa. Sed sitiamus, ut saturemur. *Beati enim qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Et sitis nostra de petra impletur in eremo: *Petra enim erat Christus*, et virga percussa est, ut aqua manaret. Ut autem manaret, bis percussa est, quia duo ligna sunt crucis. Omnia ergo haec quae fiebant in figura, manifestantur in nobis. Et non vacat quod de Domino dictum est: *Ascendit ad diem festum, non manifeste, sed tamquam in occulto.* Figuratum enim erat ipsum in occulto, quia in ipso die festo Christus latebat; quia ipse dies festus, Christi membra peregrinatura significabat.

**Cogita corpus Christi adhuc in mundo.**

**10.** *Judaei ergo quaerebant eum in die festo*, antequam ascenderet. Priores enim fratres ascenderunt, et non tunc ascendit ille, quando illi putabant et volebant: ut etiam hoc

<sup>11</sup> Gv 7, 8.

<sup>12</sup> Gv 7, 9-10. NCEI traduce: “Salite voi alla festa”, ma il contesto del commento esige che si mantenga esplicito il pronome, perché per ben due volte se ne chiede retoricamente il significato.

<sup>13</sup> In realtà è citazione di Gv 7, 11; in italiano provvedo a evidenziare col corsivo.

impleretur quod ait, *Non ad hunc*, id est, ad quem vos vultis, primum vel secundum diem. Ascendit autem postea, ut Evangelium loquitur, mediato die festo<sup>14</sup>, id est, cum iam illius diei festi tot dies praeterissent, quot remansissent. Ipsam enim festivitatem, quantum intelligendum est, diebus plurimis celebrabant.

*Dicebant ergo: Ubi est ille? et murmur multum de eo erat in turba.*<sup>15</sup> Unde murmur? De contentione. Quae fuit contentio?

*Quidam enim dicebant: Quia bonus est; alii autem, Non, sed seducit turbas.*<sup>16</sup> De omnibus ejus servis hoc dicitur modo. Quicumque eminet in aliqua gratia, alii dicunt, *Bonus est*; alii, *Non, sed seducit turbas*.

Unde hoc? quia *vita nostra abscondita est cum Christo in Deo (Coloss. III)*<sup>17</sup>.

Hoc patitur corpus Christi usque in finem saeculi a mundi amatoribus, quod tunc passus est a Iudaeorum murmuratoribus; necdum frumentum a paleis segregatum est, ut grana frumenti congregentur in horreum, et paleae comburantur igne aeterno.

Quod dictum est ergo de Domino, valet ad consolationem de quocumque hoc dictum fuerit Christiano.

*Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudaeorum.*<sup>18</sup>

Qui dicebant, *Bonus est*. Nam qui dicebant, *Seducit turbas*,

sonitus eorum apparebat tanquam aridorum foliorum. *Seducit turbas*, clarius sonabant. *Bonus est*, pressius susurrabant. Modo autem, fratres, quamvis nondum venerit illa gloria Christi, quae nos aeternos factura est, modo tamen ita crescit Ecclesia ejus, ita eam dignatus est per cuncta diffundere, ut etiam susurretur, *Seducit turbas*, sed clarius personet, *Bonus est*;

nam nova haeresis in angulis occulte susurrat, Christus est adoptivus; sed clarius universalis sanctae Ecclesiae vox resonat, *Christus est Filius Dei proprius*<sup>19</sup>. Sibilant quoque serpentino ore, Christus nuncupativus est Deus, sed expressius firmitusque fidelium omnium unanimitas clamat, Christus bonus est Deus, teste egregio praedicator, qui ait: *Quorum patres, ex quibus Christus, qui es super omnia Deus benedictus (Rom. IX)*<sup>20</sup>.

così che si compisse ciò che aveva detto: *Io non [...] a questa*, cioè, a quella che volete voi: il primo o secondo giorno. Salì invece dopo, come dice il Vangelo: *quando ormai si era a metà della festa*, cioè quando già erano passati tanti giorni di festa, quanti ancora ne rimanevano. Quella festività infatti, da quanto ci è dato capire, durava più giorni.

*E dicevano: «Dov'è quel tale?». E la folla, sottovoce, faceva un gran parlare di lui.* Come mai il mormorio? Per il dissenso. Su cosa il dissenso?

*Alcuni infatti dicevano: «È buono!». Altri invece dicevano: «No, inganna la gente!».* È quello che si dice adesso di tutti i suoi servi. [Di] chiunque si distingue in qualche grazia, alcuni dicono: *è buono*; altri: *no, inganna la gente*.

Perché ciò? Perché *la nostra vita è nascosta con Cristo in Dio (Col 3, 3)*.

Il corpo di Cristo sino alla fine del secolo, ad opera di quanti amano il mondo, soffre ciò che allora ha sofferto ad opera di quei Giudei che mormoravano; fintanto che il frumento non sia separato dalla pula, e i grani di frumento siano raccolti nel granaio, e la pula sia bruciata dal fuoco eterno.

Ciò, dunque, che è detto del Signore, serve a consolazione di ciò che verrà detto di qualsiasi cristiano.

*Nessuno però parlava di lui in pubblico, per paura dei Giudei.*

Coloro che dicevano: *È buono*. Non coloro che dicevano: *Inganna la gente*.

Il loro mormorio sembrava proprio come di foglie secche. *Inganna la gente*, lo facevano risuonare più chiaro. *È buono* lo sussurravano appena. Adesso invece, fratelli, sebbene ancora non sia giunta quella gloria di Cristo che dovrà renderci eterni, adesso tuttavia la sua Chiesa talmente cresce, talmente si è degnato diffonderla in ogni dove, che ormai si sussurra: *Inganna la gente*, mentre più chiaro risuona: *È buono*;

infatti una nuova eresia sussurra di nascosto in un angolo: Cristo è adottivo; ma più chiaramente risuona la voce della santa Chiesa universale: *Cristo è proprio figlio di Dio*. Con bocca di serpente sibilano anche: Cristo è per così dire Dio, ma più espressamente e fermamente l'unanimità di tutti i fedeli grida: Cristo è davvero Dio, come attesta l'egregio predicatore, che dice: *a loro appartengono i patriarchi e da loro proviene Cristo [...], egli che è sopra ogni cosa, Dio benedetto (Rm 9, 5)*.

impleretur quod ait: *Non ad hunc*, id est, ad quem vos vultis, primum vel secundum diem. Ascendit autem postea, ut Evangelium loquitur, mediato die festo, id est, cum iam illius diei festi tot dies praeterissent quod remansissent. Ipsam enim festivitatem, quantum intelligendum est, diebus pluribus celebrabant.

**11.** *Dicebant ergo: Ubi est ille? Et murmur multum de eo erat in turba.* Unde murmur? De contentione. Quae fuit contentio?

*Quidam enim dicebant: Quia bonus est; alii autem: Non, sed seducit turbas.* De omnibus servis eius intellegendum: hoc dicitur modo. Quicumque enim eminerit in aliqua gratia spiritali, profecto alii dicunt: *Bonus est*; alii: *Non, sed seducit turbas*.

Unde hoc? Quia *vita nostra abscondita est cum Christo in Deo*.

Ideo licet dicere hominibus per hiemem: Mortua est ista arbor, verbi gratia, arbor ficī, arbor piri, et huiusmodi pomorum, similis est aridae; et quamdiu hiems est, non apparet. Aestas probat, iudicium probat. Aestas nostra, revelatio Christi est: *Deus manifestus veniet, Deus noster et non silebit; ignis ante eum praeibit*: iste ignis inflammabit inimicos eius; aridas arbores ignis comprehendet. Tunc enim aridae apparebunt, quando eis dicitur: *Esurivi, et non dedistis mihi manducare*; in alia vero parte, hoc est in dextera, apparebit fecunditas fructuum, dignitasque foliorum; viriditas, aeternitas erit. Illis ergo tamquam aridis dicitur: *Ite in ignem aeternum. Ecce enim, inquit, securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quae non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur*. Dicant ergo de te, si proficis in Christo, dicant homines: *Seducit turbas*. De ipso, de toto corpore Christi hoc dicitur. Cogita corpus Christi adhuc in mundo, cogita corpus Christi adhuc in aera; vide quemadmodum blasphemetur a palea. Simul quidem triturantur; sed paleae conteruntur, frumenta purgantur.

Quod dictum est ergo de Domino, valet ad consolationem, de quocumque hoc dictum fuerit christiano.

**12.** *Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudaeorum.*

Sed qui non loquebantur de illo propter metum Iudaeorum?

Utique qui dicebant: *Bonus est*: non qui dicebant: *Seducit turbas*.

Qui dicebant: *Seducit turbas*,

sonitus eorum audiebatur tanquam aridorum foliorum. *Seducit turbas*, clarius sonabant; *Bonus est*, pressius susurrabant. Modo autem, fratres, quamvis nondum venerit illa gloria Christi, quae nos aeternos factura est; modo tamen ita crescit Ecclesia eius, ita eam dignatus est per cuncta diffundere, ut iam susurretur: *Seducit turbas*; et clarius personet: *Bonus est*.

## TRACTATUS XXIX

*Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me (Io 7, 14-18).*

Intellegere vis? Crede. Intellectus enim merces est fidei. Quid est ergo credere in eum? Credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire, et eius membris incorporari. Ipsa est ergo fides quam de nobis exigit Deus; et non invenit quod exigit, nisi donaverit quod inveniat.

**1.** Quod sequitur de Evangelio et hodie lectum est, consequenter et nos videamus; et quod Dominus donaverit, hinc dicamus. Hesterno die huc usque lectum erat, quia licet non vidissent Dominum Iesum in templo per diem festum, loquebantur tamen de illo: *Et alii dicebant: Bonus est; alii autem: Non, sed seducit turbas*. Dictum enim hoc est ad eorum solatium, qui postea praedicantes verbum Dei, futuri erant *ut seductores et veraces*. Si enim seducere decipere est; nec Christus seductor, nec Apostoli eius; nec quisquam seductor debet esse christianus: si autem seducere, aliunde aliquem ad aliud persuadendo ducere est, quaerendum est unde et quo: si a malo ad bonum, bonus

<sup>14</sup> Cfr Gv 7, 14 Vulg.: “Iam autem die festo mediante,”.

<sup>15</sup> Gv 7, 11-12.

<sup>16</sup> Gv 7, 12.

<sup>17</sup> Col 3, 3 Vulg.: “et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.”; Sabatier in nota: “Ambros. [...] l. de bono mort. c. 12. col. 413. f. *nunc autem vita nostra abscondita est cum C. in Deo*; & in Luc. 9. col. 1420. b. *nunc enim vita nostra abscond.* &c. & l. 2. de Spir. S. col. 648. f. *vita autem nostra abscond.* &c. & l. 3. offic. col. 117. b. *quia vita nostra abscondita est cum*, &c. ut sup. Hilarius in Psal. 118. col. 257. c. *quia vita nostra absconsa est cum Christo in Deo*; [...] et infra col. 303. b. *vera enim vita nostra cum Christo absconsa est in Deo*; & col. 332. c. *vita nostra absconsa in Christo est.*”.

<sup>18</sup> Gv 7, 13.

<sup>19</sup> L'unica citazione reperita è s. Ilario di Poitiers, “La Trinità”, lib. III, 11: “Christus proprius est Dei filius”. Nella traduzione a cura di Giovanni Tezzo edita da UTET nel 1971 viene tradotto, nel titolo del paragrafo: “Cristo è realmente figlio di Dio”; nel corpo del viene richiamato Mt 27, 54: “Vere Filius Dei erat iste”, cui in nota si invita a cfr. Poiché mi sembra che la variante, non attesata da Sabatier per nessuno, voglia suggerire una sfumatura lievemente diversa. Intanto si passa da un avverbio teso a rafforzare l'affermazione ad un aggettivo volto a dire del Figlio. “Proprius” allude alla appartenenza del Figlio al Padre, alla sua specificità, oltre che alla sua verità; nella traduzione del commento mantengo “proprio”.

<sup>20</sup> Rm 9, 5 Vulg.: “quorum patres, et ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen.”.

Ascendit ergo **Jesus ad templum** mediante die festo, et docebat: et mirabantur Iudaei, dicentes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicit?<sup>21</sup>

Ille quia latebat docebat, et non tenebatur et palam loquebatur.

Illud enim, ut lateret, erat exempli; hoc potestatis.

Sed cum doceret, mirabantur Iudaei. Omnes quidem, quantum arbitror, mirabantur, sed non omnes convertebantur. Unde admiratio? quia multi noverant ubi natus, et quemadmodum fuerat educatus. Nunquam eum viderant litteras discentem, audiebant tamen de lege disputantem, legis testimonia proferentem, quae nemo posset proferre, nisi legisset; nemo legeret.

nisi litteras didicisset; et ideo mirabantur. Eorum autem admiratio, magistro facta est insinuandae altius veritatis occasio. Ex eorum quippe admiratione et verbis dixit Dominus aliquid<sup>22</sup> profundum, et diligentius inspiciendum.

Quid ergo respondit Dominus eis admirantibus quomodo sciret litteras, quas non didicerat!

Mea, inquit, doctrina, non est mea, sed ejus qui misit me.<sup>23</sup> Haec est enim profunditas. Videtur enim paucis verbis quasi contraria locutus. Non enim ait, ista doctrina non est mea, sed mea doctrina non est mea.

Quomodo mea et non mea,

quaestio est, quomodo fieri possint utrumque, et mea, et non mea?

Si enim diligenter intueamur quod ipse in exordio dicit sanctus evangelista: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (Joan. I): inde pendet hujus solutio quaestionis. Quae est ergo doctrina Patris, nisi Verbum Patris? Ipse ergo Christus, doctrina est Patris, si Verbum Patris, sed quia verbum non potest esse nullius, sed alicujus: et suam doctrinam dixit seipsum, et non suam, quia Patris est Verbum.

Hoc ergo dixisse videtur Dominus Christus: *Mea doctrina non est mea*; ac si diceret, Ego sum a meipso. Quamvis enim Filium Patri dicamus et credamus aequalem, nec

Quando ormai si era a metà della festa, Gesù salì al tempio e si mise a insegnare. I Giudei ne erano meravigliati e dicevano: «Come mai costui conosce le Scritture, senza avere studiato?». Egli insegnava perché rimaneva nascosto, e non era catturato ma parlava in pubblico. Infatti, col nascondersi, era d'esempio; questo [mostrarsi], per la potestà. Ma i Giudei erano meravigliati che insegnasse. A quanto giudico, tutti certo erano stupiti, ma non tutti si convertivano. Da dove lo stupore? perché molti sapevano dove era nato, e in che modo era stato educato. Non l'avevano mai visto imparare, tuttavia lo sentivano discutere della legge, proferire testimonianze della legge, cose che nessuno avrebbe potuto proferire se non avesse letto; nessuno avrebbe letto, se non avesse imparato le lettere; e perciò si stupivano. Ma il loro stupore per il maestro diviene occasione per inculcare la verità in modo più elevato. Dunque dal loro stupore e dalle loro parole il Signore disse qualcosa di profondo, e da considerare con maggior diligenza.

[Ecco]<sup>39</sup> cosa rispose dunque il Signore a coloro che stupivano di come conoscesse le lettere, che non aveva imparato!

La mia dottrina non è mia, ma di colui che mi ha mandato. Questa è infatti la profondità. Sembra infatti che in queste poche parole si sia contraddetto. Non dice infatti: “Questa dottrina non è mia”, ma: *La mia dottrina non è mia*.

In che modo “mia” e “non mia”;

la questione è: come possono essere entrambe; sia “mia”, che “non mia”?

Se infatti consideriamo attentamente ciò che dice nel prologo lo stesso santo evangelista: *In principio era il Verbo, e il Verbo era presso Dio e il Verbo era Dio* (Gv I, 1); da ciò dipende la soluzione del problema. Quale è la dottrina del Padre, se non il Verbo del Padre? Cristo stesso è la dottrina del Padre, se è il Verbo del Padre; ma poiché la parola non può essere di nessuno, ma di qualcuno: chiamò se stesso “sua dottrina”, e “non sua”, in quanto è il Verbo del Padre.

Sembra dunque che Cristo Signore abbia detto: *La mia dottrina non è mia*, come se dicesse: Io non sono da me stesso. Quantunque infatti diciamo e crediamo che il Figlio

seductor est; si a bono ad malum, malus seductor est. In hanc ergo partem qua seducuntur homines de malo ad bonum, utinam omnes seductores et vocemur et simus!

2. Ascendit ergo postea Dominus ad diem festum, mediante die festo, et docebat. Et mirabantur Iudaei dicentes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?

Ille qui latebat, docebat; et palam loquebatur, et non tenebatur.

Illud enim ut lateret, erat causa exempli, hoc potestatis.

Sed cum doceret, mirabantur Iudaei. Omnes quidem, quantum arbitror, mirabantur; sed non omnes convertebantur. Et unde admiratio? Quia multi noverant ubi natus, quemadmodum fuerit educatus; nunquam eum viderant litteras discentem, audiebant autem de Lege disputantem, Legis testimonia proferentem, quae nemo posset proferre nisi legisset, nemo legere

nisi litteras didicisset; et ideo mirabantur. Eorum autem admiratio Magistro facta est insinuandae altius veritatis occasio. Ex eorum quippe admiratione et verbis, dixit Dominus profundum aliquid, et diligentius inspici

et discuti dignum. Propter quod intentam facio Caritatem vestram, non solum ad audiendum pro vobis, sed etiam ad orandum pro nobis.

Quae est doctrina Patris, nisi Verbum Patris?

3. Quid ergo Dominus respondit eis admirantibus quomodo sciret litteras quas non didicerat?

Mea, inquit, doctrina non est mea, sed ejus qui misit me. Haec est profunditas prima: videtur enim paucis verbis quasi contraria locutus. Non enim ait: *Ista doctrina non est mea*; sed: *Mea doctrina non est mea*.

Si non tua, quomodo tua? Si tua, quomodo non tua? Tu enim dicis utrumque: et, *mea doctrina*; et, *non mea*. Nam si dixisset: *Ista doctrina non est mea*, nulla esset quaestio. Nunc vero, fratres, primitus intendite quaestionem, et sic ordine expectate solutionem. Nam qui non videt quaestionem quae proponitur, quomodo intellegit quod exponitur? Hoc est ergo in quaestione, quod ait, *mea non mea*: hoc videtur esse contrarium, quomodo *mea*, quomodo *non mea*.

Si ergo intueamur diligenter quod ipse in exordio dicit sanctus Evangelista: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*;

inde pendet huius solutio quaestionis. Quae est ergo doctrina Patris, nisi Verbum Patris? Ipse ergo Christus doctrina Patris, si Verbum Patris.

Sed quia Verbum non potest esse nullius, sed alicuius: et suam doctrinam dixit, seipsum; et non suam, quia Patris est Verbum.

Quid enim tam tuum quam tu? et quid tam non tuum quam tu, si alicuius est quod es?

4. Verbum ergo et Deus est, et doctrinae stabilis Verbum est, non sonabilis per syllabas et volatilis, sed manentis cum Patre, ad quam convertamur manentem, sonis transeuntibus admoniti. Non enim nos ita admonet quod transit, ut ad transitoria vocet. Admonemur ut diligamus Deum. Totum hoc quod dixi, syllabae fuerunt; percussum aërem verberaverunt, ut ad sensum vestrarum aurium pervenirent, sonando transierunt: non tamen illud quod admonui, transire debet; quia ille quem vos diligere admonui, non transit; et cum transeuntibus syllabis admoniti, conversi ad eum fueritis, nec vos transibitis, sed cum manente manebitis. Hoc est ergo in doctrina magnum, altum et aeternum quod manet; quo vocant omnia quae temporaliter transeunt, quando bene significant, nec mendaciter proferuntur. Omnia quippe signa quae proferimus sonis, aliquid significant quod non est sonus. Non enim duae breves syllabae Deus est, et duas breves syllabas colimus, et duas breves syllabas adoramus, et ad duas breves syllabas pervenire desideramus: quae pene ante desinunt sonare, quam coeperint; nec in eis secundae locus est, nisi prima transierit. Manet ergo aliquid magnum quod dicitur Deus, quamvis non maneat sonus cum dicitur Deus. Sic intendite doctrinam Christi, et pervenietis ad Verbum Dei: cum autem perveneritis ad Verbum Dei, intendite: *Deus erat Verbum*; et videbitis verum dictum esse, *mea doctrina*: intendite etiam cuius est Verbum; et videbitis recte dictum esse, *non est mea*.

5. Breviter ergo dico Caritati vestrae;

hoc videtur mihi dixisse Dominus Iesus Christus: *Mea doctrina non est mea*, ac si diceret: Ego non sum a meipso. Quamvis enim Filium Patri dicamus et credamus

<sup>21</sup> Gv 7, 14-15 Vulg.: “Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, et docebat. Et mirabantur Iudaei, dicentes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?”.

<sup>22</sup> È senza dubbio stampato “aliquid”, ma ritengo ovvio emendarlo in aliquid”.

<sup>23</sup> Gv 7, 16.

<sup>39</sup> Mi sembra l’unica soluzione se si vuol mantenere il “!” di Beda senza sostituirlo col “?” di Agostino.

ullam in eis esse naturae **vel** substantiae distantiam, nec inter generantem atque generatum aliquod interfuisse intervallum, tamen hoc servato et custodito, **ita** dicimus quod ille Pater est, ille Filius. Pater autem non est, si non habeat Filium; Filius non est, si non habeat Patrem; sed tamen Filius Deus de Patre, Pater autem Deus, sed non de Filio

Pater, non Deus de Deo. Filius vero, *Deus de Deo, lumen de lumine*. Pater lumen, Filius lumen: non duo lumina, sed unum lumen.<sup>24</sup> Pater Deus, Filius Deus: non duo dii, sed unus Deus Pater et Filius. Spiritus sanctus de Patre et Filio procedens, et ipse Deus; sicut Pater Deus, sicut Filius Deus, sic etiam Spiritus sanctus Deus: non tres dii, sed unus Deus, unum lumen, una substantia, una natura, una majestas, una aeternitas, una magnitudo, una potentia, una bonitas.<sup>25</sup>

Vidit **itaque** ipse Dominus Christus **Dei sapientia** hoc tam profundum **arcanum** non omnes intellecturos, in consequenti dedit consilium. Intelligere vis! crede. Deus enim prophetans dixit: *Nisi credideritis, non intelligetis (Isai. VI)*<sup>26</sup>. Ad hoc pertinet quod hic etiam Dominus secutus adiunxit:

*Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscit de doctrina utrum ex Deo sit, an ego a meipso loquar.*<sup>27</sup> Quid est hoc, *si quis voluntatem ejus voluerit facere?* Sed ego dixeram, Si quis crediderit, et hoc consilium dederam: Si non intellexisti, inquam, crede. Intellectus enim merces est fidei. Ergo noli quaerere intelligere ut credas, sed crede ut intelligas; quoniam *nisi credideritis, non intelligetis*. Cum ergo ad possibilitatem intelligendi consilium dederim obedientiam credendi, et dixerim Dominum Iesum Christum hoc ipsum **conjunxisse**, in consequenti sententia invenimus eum dixisse: *Si quis voluerit voluntatem ejus facere,*

hoc est credere. Sed quia **cognoscit**, hoc est **intelligit**, omnes intelligunt: quia vero quod ait, Si quis voluerit voluntatem ejus facere, hoc pertinet ad credere; ut diligentius intelligatur, opus est nobis ipso Domino nostro expositore ut indicet nobis utrum revera ad credere pertineat *facere voluntatem Patris ejus*.

Quis nesciat hoc esse facere voluntatem Dei, operari opus ejus, id est quod illi placet? Ipse **enim** Dominus aperte alio loco dicit: *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem ille misit (Joan. VI)*. Ut credatis in eum: non, ut credatis ei.

Non autem continuo, qui credit ei, credit in eum; nam et daemones credebant ei, et non credebant in eum (*Matth. XVII; Jacob. II; Rom. IV*)<sup>28</sup>. Rursus etiam de apostolis ipsius possumus dicere, Credimus Paulo; sed non, Credimus in Paulum; Credimus Petro, sed non, Credimus in Petrum. Credenti in eum qui justificat, deputatur fides ejus ad justitiam.<sup>29</sup> Quid est ergo credere in eum? Credendo amare, credendo diligere,<sup>30</sup> credendo **ad** eum ire, et ejus membris incorporari. Ipsa est ergo fides quam de nobis exigit Deus,

è uguale al Padre, e che tra di loro non c'è alcuna differenza di natura e di sostanza, e che tra colui che genera e colui che è generato non è intercorso alcun intervallo, tuttavia, salvo e fermo questo, in questo modo diciamo ciò che è il Padre, e il Figlio. Il Padre peraltro non è se non ha il Figlio; il Figlio non è se non ha il Padre; e tuttavia il Figlio è Dio dal Padre, mentre il Padre è Dio, ma non dal Figlio.

Il Padre, non Dio da Dio. Il Figlio invece, Dio da Dio, luce da luce. Il Padre luce, il Figlio luce: non due luci, ma una sola luce. Il Padre Dio, il Figlio Dio, non due dei, ma un solo Dio Padre e Figlio. Lo Spirito Santo, che procede dal Padre e dal Figlio, anch'egli Dio; come il Padre Dio, come il Figlio Dio, così anche lo Spirito santo Dio; non tre dèi, ma un solo Dio, una sola luce, una sola sostanza, una sola natura, una sola maestà, una sola eternità, una sola grandezza, una sola potenza, una sola bontà.

Cristo Signore stesso, sapienza di Dio, si rese conto che non tutti avrebbero capito questo arcano tanto profondo, e di conseguenza diede un consiglio. Vuoi capire! credi. Dio infatti, profetando, ha detto: *Se non crederete, non capirete* (Is 7, 9, sec. LXX). A questo si riferisce anche quanto il Signore aggiunse qui di seguito:

*Chi vuol fare la sua volontà, riconoscerà se questa dottrina viene da Dio, o se io parlo da me stesso*. Che significa ciò *Chi vuol fare la sua volontà?* Ma io avevo detto: Se qualcuno crederà; e avevo dato questo consiglio: Se non hai capito, dico, credi. L'intelligenza è retribuzione della fede. Quindi non cercare di capire per credere, ma credi per capire; perché *se non crederete, non capirete*. Sicché, dopo che ti ho consigliato, per poter capire, l'obbedienza della fede, e che ti ho detto che lo stesso Signore Gesù Cristo ha collegato proprio ciò, nella successiva affermazione troviamo che egli disse: *Chi vuol fare la sua volontà,*

cioè, “credere”. Ma che “conosce” voglia dire "comprende", tutti lo capiscono; che, invece, ciò che dice: *Chi vuol fare la sua volontà*, attenga al credere, perché sia compreso con più accuratezza, ci è necessario che lo stesso nostro Signore spieghi, per indicarci se è vero che “fare la volontà del Padre suo” attenga al credere. Chi non sa che fare la volontà di Dio consiste nel compiere l'opera di lui, cioè quanto a lui piace? Infatti lo stesso Signore in un altro passo dice esplicitamente: *Questa è l'opera di Dio: che crediate in colui che egli ha mandato (Gv 6, 29)*. “Che crediate in lui”, non, “che crediate a lui”.

Non però conseguentemente, chi crede a lui, crede in lui; infatti i demoni credevano a lui, ma non credevano in lui (Mt 8, 28ss; Gc 2, 19). Altrettanto si può dire riferendoci agli Apostoli: “Crediamo a Paolo”, ma non “Crediamo in Paolo”; “Crediamo a Pietro”, ma non “Crediamo in Pietro”. *A chi [...] crede in Colui che giustifica [...], la sua fede gli viene accreditata come giustizia*. Che significa dunque credere in lui? Credendo amare credendo diligere, credendo andare **a** lui, e incorporarsi alle sue membra. Questa è dunque la fede che Dio vuole da noi,

aequalem, nec ullam in eis esse naturae substantiaequae distantiam, nec inter generantem atque generatum aliquod interfuisse **temporis** intervallum; tamen hoc servato et custodito **ista** dicimus, quod ille Pater est, ille Filius. Pater autem non est, si non habeat Filium; et Filius non est, si non habeat Patrem: sed tamen Filius Deus de Patre; Pater autem Deus, sed non de Filio.

Pater Filii, non Deus de Filio: ille autem Filius Patris, et Deus de Patre. Dominus enim Christus dicitur Lumen ex Lumine. Lumen ergo quod non ex lumine, et Lumen aequale quod ex Lumine, simul unum Lumen, non duo lumina.

**Intellegere vis? Crede.**

**6.** Si intelleximus, Deo gratias: si quis autem parum intellexit, fecit homo quo usque potuit, caetera videat unde speret. Forinsecus ut operarii possumus plantare et rigare, sed Dei est incrementum dare. *Mea*, inquit, *doctrina non est mea, sed eius qui misit me*. Audiatur consilium, qui dicit: Nondum intellexi. Magna quippe res et profunda cum fuisset dicta,

vidit **utique** ipse Dominus Christus hoc tam profundum non omnes intellecturos, et in consequenti dedit consilium. Intellegere vis? crede. Deus enim **per prophetam** dixit: *Nisi credideritis, non intellegetis*. Ad hoc pertinet quod etiam hic Dominus secutus adiunxit:

*Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a meipso loquar*. Quid est hoc: *Si quis voluerit voluntatem ejus facere?* Sed ego dixeram: Si quis crediderit; et hoc consilium dederam. Si non intellexisti, inquam, crede. Intellectus enim merces est fidei. Ergo noli quaerere intellegere ut credas, sed crede ut intellegas; quoniam *nisi credideritis, non intellegetis*. Cum ergo ad possibilitatem intellegendi consilium dederim obedientiam credendi, et dixerim Dominum Iesum Christum hoc ipsum **adiunxisse** in consequenti sententia, invenimus eum dixisse: *Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscet de doctrina*. Quid est, *cognoscet?* Hoc est intelleget. Quod est autem: *Si quis voluerit voluntatem ejus facere,*

hoc est credere. Sed quia *cognoscet*, hoc est **intelleget**, omnes intellegunt: quia vero quod ait: *Si quis voluerit voluntatem ejus facere*, hoc pertinet ad credere, ut diligentius intellegatur, opus est nobis ipso Domino nostro expositore, ut indicet nobis utrum revera ad credere pertineat *facere voluntatem Patris ejus*.

Quis nesciat hoc esse facere voluntatem Dei, operari opus ejus, id est, quod illi placet? Ipse **autem** Dominus aperte alio loco dicit: *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem ille misit. Ut credatis in eum;* non, ut credatis ei.

Sed si creditis in eum, creditis ei:

non autem continuo qui credit ei, credit in eum. Nam et daemones credebant ei, et non credebant in eum. Rursus etiam de Apostolis ipsius possumus dicere: Credimus Paulo; sed non: Credimus in Paulum: Credimus Petro; sed non: Credimus in Petrum. *Credenti enim in eum qui iustificat impium, deputatur fides ejus ad iustitiam*.

Quid est ergo credere in eum? Credendo amare, credendo diligere, credendo **in** eum ire, et ejus membris incorporari. Ipsa est ergo fides quam de nobis exigit Deus:

<sup>24</sup> Un passo assai simile, e da cui forse dipende questo, si trova in Agostino al §3 del tractatus 40, affiancato al cap. 9 di Beda; evidenziato pari colore.

<sup>25</sup> Un passo assai simile, e da cui quasi certamente dipende questo, si trova in Agostino al §3 del tractatus 39, affiancato al cap. 9 di Beda; evidenziato pari colore.

<sup>26</sup> In realtà Is 7, 9 VL: “Etsi non credideritis, neque intelligetis.”

<sup>27</sup> Gv 7, 17.

<sup>28</sup> Quanto al riferimento a Mt, al cap. 17 viene raccontata la guarigione dell'epilettico indemoniato, e Cristo ammonisce i discepoli ad avere fede per vincere il demonio; ma l'indemoniato non dice nulla. Qui, invece, Beda mi pare intenda citare casi in cui gli

indemoniati riconoscono la divinità di Cristo, senza per questo prestargli fede; pertanto in italiano propongo il passo degli indemoniati gadareni.

<sup>29</sup> In realtà è questa la citazione da Rm 4, 5 Vulg.: “credenti autem in eum, qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam secundum propositum gratiae Dei.”. in italiano ometto pertanto la citazione precedente.

<sup>30</sup> Riporto qui una mia lunga digressione posta tra le premesse alla traduzione del commento al Cantico dei Cantici, avvertendo che, in questo commento, non sono stato coerente con gli intenti programmatici enunciati.

In corso d'opera mi vedo costretto ad affrontare il problema del come tradurre la catena: “charitas” / “amor” / “dilectio” e anche “desiderium”. Comincio col citare un bella nota proposta da A. Montanari nella recente edizione del Commento al Cantico dei Cantici di Gregorio Magno da lui curata: “Troviamo accostati in questo paragrafo i termini latini amor, caritas e desiderium. Un'attenta analisi condotta da Patrick Catry ha mostrato le sfumature che caratterizzano i singoli termini: caritas indica sia l'amore di Dio che l'amore del prossimo, sempre mutuamente reciproci; amor si riferisce invece al piacere provato dall'amante di fronte all'amato; mentre desiderium implica il desiderio per l'amante lontano. ...”. Forse, per Beda, azzarderei, come semplice ipotesi di lavoro, una accentuazione leggermente diversa, ma che poggia su questa affermazione. Direi che la “charitas” muove dal cuore, dallo spirito; è, quindi, primariamente iniziativa di Dio, da lui muove, è suo dono. L’“amor” è questa stessa carità così come noi la sperimentiamo ed esercitiamo nell'evo che ci è dato di vivere; quindi anche nella fisicità del nostro essere; ma anche così come Dio la rende per noi sperimentabile. La “dilectio”, secondo la sua etimologia, mi pare illumini soprattutto l'aspetto della scelta, della decisione a favore di; è quindi, se si vuole, la carità così come decisa, voluta, deliberata dall'anima/mente, il rivolgersi verso, il moto verso; ma non verso una meta che non è nelle nostre facoltà ottenere, e che solo possiamo sperare; quello, abbiamo visto, è “desiderium”. Ma come rendere in italiano tutto ciò? Sgomberai subito il campo dal quarto scomodo: “desiderium”; viene infatti abbastanza intuitivo, in italiano, servirsi del suo erede naturale: “desiderio” che ben asseconda l'ampiezza di significato espressa in latino; anzi, come si vedrà, me ne sono abbondantemente servito per tradurre anche vari altri vocaboli. Della terna da me incriminata, il termine decisamente problematico è “amor”, sostituito dal suo fedele successore: “amore”. Semmai il problema nasce dal fatto che in italiano ce ne serviamo assai spesso per tradurre “charitas”, perché, quando parliamo di “carità” in italiano, pensiamo più che altro a ciò che dovremmo invece individuare come “elemosina”, cioè come atto di misericordia, caritatevole; e non è poi raro il caso che, di conseguenza, la carichiamo di una connotazione negativa, o quantomeno svilente. Tuttavia, mi sento di risolvere agevolmente la problematica relativa a questi due primi termini imponendo, anche qui, un uso più pregnante – ma desueto – di “carità”: me ne servirò per tradurre “charitas”, l'amore di Dio

quae per dilectionem operatur (*Galat. V*)<sup>31</sup>.  
Si intelligis verba Dei,

intellige quia Christus Filius est Dei, et doctrina Patris: non est ex seipso, non ex nihilo, non ex aliis subsistentibus<sup>32</sup>, sed ex Patre tantum, in Patre manens, aequalis Patri.

*Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quaerit.*<sup>33</sup> Hoc erit qui vocatur Antichristus, extollens se, sicut Apostolus dicit, *super omne quod dicitur Deus, et quod colitur (II Thess. II)*. Ipsum quippe annuntians Dominus gloriam suam quaesiturum, non gloriam Patris, ait ad Iudaeos: *Ego veni in nomine Patris mei, et non susceperitis me: alius veniet in nomine suo, et hunc susceperitis (Joan. V)*<sup>34</sup>.

Significavit eos Antichristum suscepturos, qui gloriam nominis sui quaesiturus est,

inflatus, non solidus, et ideo non stabilis, sed utique ruinosus. Dominus autem noster Jesus Christus magnum exemplum nobis praebuit humilitatis. Nempe aequalis est Patri. Nempe *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.*<sup>35</sup> Nempe ipse dixit, et verissime dixit: *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me? Philippe, qui me videt, videt et Patrem (Joan. XIV)*<sup>36</sup>. Nempe ipse dixit, et verissime dixit: *Ego et Pater unum sumus (Joan. X)*.

Si ergo cum Patre unum, aequalis Patri, Deus de Deo, Deus apud Deum coaeternus, immortalis, pariter incommutabilis, pariter sine tempore, pariter creator, dispensator temporum: tamen quia *venit in tempore, et formam servi accepit, et habitu inventus est ut homo (Philipp. II)*<sup>37</sup>, quaerit gloriam Patris, non suam; quid tu, homo, facere debes, qui quando aliquid boni facis, gloriam tuam quaeris: quando autem aliquid mali facis, Deo calumniam meditaris?

Intende tibi, creatura es. Agnosce Creatorem, servus es. Ne contemnas Deum, adoptatus es, sed non meritis tuis. Quaere gloriam ejus a quo habes hanc gratiam homo adoptatus, cuius gloriam quaesivit qui est ab illo unicus natus.

*Qui autem quaerit gloriam ejus qui misit illum, hic verax est, et iniustitia in illo non est.*<sup>38</sup> In Antichristo autem iniustitia est, et verax non est, quia gloriam suam quaesiturus est, non ejus a quo missus est. Non est missus, sed venit permissus.

Omnes ergo pertinentes ad corpus Christi, ne inducamur in laqueum Antichristi, non quaeramus gloriam nostram. Sed si ille quaesivit gloriam ejus qui eum misit, quanto magis nos ejus qui nos fecit?

Sequitur:

*che opera nella carità. (Gal 5, 6).*

Se comprendi le parole di Dio,

comprendi che Cristo è Figlio di Dio, e dottrina del Padre: non è da se stesso, non dal nulla, non da altri che dipendono, ma soltanto dal Padre, e permane nel Padre, uguale al Padre.

*Chi parla da se stesso, cerca la propria gloria.* Così sarà colui che è chiamato Anticristo, *che s'innalza*, come dice l'Apostolo, *sopra ogni essere chiamato e adorato come Dio (2Ts 2, 4)*. Il Signore delineando precisamente costui che avrebbe cercato la sua gloria e non la gloria del Padre, disse ai Giudei: *Io sono venuto nel nome del Padre mio e voi non mi accogliete; se un altro venisse nel proprio nome, lo accogliereste. (Gv 5, 43)*. Indicava che essi avrebbero accolto l'Anticristo, il quale cercherà la gloria del suo nome,

gonfiato, non solido, e perciò non stabile, ma tuttavia rovinoso. Il Signore nostro Gesù Cristo, invece, ci offre un grande esempio di umiltà.

Sicuramente uguale al Padre. Sicuramente *in principio era il Verbo, e il Verbo era presso Dio e il Verbo era Dio*. Sicuramente egli disse, e verissimamente disse: *Da tanto tempo sono con voi e tu non mi hai conosciuto, Filippo? Chi ha visto me, ha visto il Padre (Gv 14, 9)*. Sicuramente egli disse, e verissimamente disse: *Io e il Padre siamo una cosa sola (Gv 10, 30)*. Ora, se egli è uno col Padre, uguale al Padre, Dio da Dio, Dio presso Dio coeterno, immortale, parimenti immutabile, parimenti senza tempo, parimenti creatore, dispensatore dei tempi; tuttavia poiché venne nel tempo, assumendo una condizione di servo, [...] *Dall'aspetto riconosciuto come uomo (Fil 2, 7)*, cerca la gloria del Padre, non la sua; che devi fare tu, uomo, che quando fai qualcosa di buono cerchi la tua gloria; quando invece fai qualcosa di male, mediti una calunnia verso Dio? Guardati, sei creatura. Riconosci il Creatore, sei servo. Non disprezzare Dio, sei adottato, ma non per i tuoi meriti. Cerca, o uomo adottato, la gloria di colui che ti ha elargito questa grazia, e la cui gloria cercò colui che è l'unico nato da lui.

*Ma chi cerca la gloria di colui che lo ha mandato è veritiero, e in lui non c'è ingiustizia.* Nell'Anticristo invece c'è ingiustizia, e non è veritiero, perché cercherà la propria gloria, non quella di colui che l'ha mandato. Non è mandato, ma viene [perché gli è] permesso. Quanti, dunque, apparteniamo al corpo di Cristo, per non cadere nel laccio dell'Anticristo, non cerchiamo la nostra gloria. Ma se egli cercò la gloria di colui che l'ha mandato, quanto più noi quella di colui che ci ha fatti?

Segue:

et non invenit quod exigit, nisi donaverit quod inveniat. Quae fides, nisi quam definivit alio loco Apostolus plenissime dicens: *Neque circumcisio aliquid valet, neque praeputium, sed fides quae per dilectionem operatur?* Non qualiscumque fides, sed fides

*quae per dilectionem operatur:*

haec in te sit, et intelleges de doctrina. Quid enim intelleges? Quia *doctrina ista non est mea, sed eius qui misit me:* id est,

intelleges quia Christus Filius Dei, qui est doctrina Patris, non est ex seipso,

sed Filius est Patris.

**Haeresis sabelliana.**

7. Sabellianam haeresim sententia ista dissolvit. Sabelliani enim dicere ausi sunt ipsum esse Filium qui est et Pater; duo esse nomina, sed unam rem. Si duo essent nomina, et res una, non diceretur: *Mea doctrina non est mea*. Utique si tua doctrina non est tua, o Domine, cuius est, nisi alius sit cuius sit? Quod dixisti, Sabelliani non intellegunt: non enim Trinitatem viderunt, sed sui cordis errorem secuti sunt. Nos cultores Trinitatis et unitatis Patris et Filii et Spiritus sancti, et unius Dei, intellegamus de doctrina Christi, quoniam non est eius. Et ideo dixit non se a seipso loqui, quoniam Christus Patris est Filius, et Pater Christi est Pater, et Filius de Deo Patre Deus est: Pater autem Deus, non de Filio Deo Deus est.

8. *Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quaerit.* Hoc erit ille qui vocatur Antichristus, extollens se, sicut Apostolus ait, *supra omne quod dicitur Deus, et quod colitur*. Ipsum quippe annuntians Dominus gloriam suam quaesiturum, non gloriam Patris, ait ad Iudaeos: *Ego veni in nomine Patris mei, et non susceperitis me: alius veniet in nomine suo, hunc susceperitis.*

Significavit eos Antichristum suscepturos, qui gloriam nominis sui quaesiturus est,

inflatus, non solidus; et ideo non stabilis, sed utique ruinosus. Dominus autem noster Jesus Christus magnum exemplum nobis praebuit humilitatis: nempe aequalis est Patri, nempe *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum;* nempe ipse dixit, et verissime dixit: *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me? Philippe, qui vidit me, vidit et Patrem;* nempe ipse dixit,

et verissime dixit: *Ego et Pater unum sumus.*

Si ergo ille cum Patre unum, aequalis Patri, Deus de Deo, Deus apud Deum, coaeternus, immortalis, pariter incommutabilis, pariter sine tempore, pariter creator et dispositio temporum; tamen quia venit in tempore, et formam servi accepit, et habitu est inventus ut homo, quaerit gloriam Patris, non suam: quid tu, homo, facere debes, qui quando aliquid boni facis, gloriam tuam quaeris; quando autem aliquid mali facis, Deo calumniam meditaris?

Intende tibi; creatura es, agnosce Creatorem: servus es, ne contemnas Dominum:

adoptatus es, sed non meritis tuis; quaere eius gloriam, a quo habes hanc gratiam, homo adoptatus, cuius gloriam quaesivit qui est ab illo unicus natus.

*Qui autem quaerit gloriam ejus qui misit illum, hic verax est, et iniustitia in illo non est.* In Antichristo autem iniustitia est, et verax non est; quia gloriam suam quaesiturus est, non ejus a quo missus est: non enim est missus, sed venire permissus.

Omnes ergo pertinentes ad corpus Christi, ne inducamur in laqueos Antichristi, non quaeramus gloriam nostram. Sed si ille quaesivit gloriam ejus qui eum misit, quanto magis nos ejus qui nos fecit?

e del prossimo come individuati qui sopra. Il problema rimane –tutto intero – per “dilectus” e per tutti i suoi annessi e connessi. È un rivolo che ha subito sensibili mutazioni di significato e d’uso. Se, in italiano, parlo di “diletto” penso a qualcosa che mi piace, che mi piace fare, al mio piacere, non certo alla persona che amo; forse posso sperare in qualcuno che si diletta (appunto) di letteratura medievale. Non parliamo poi di “dilezione”. Quanti saprebbero dire con certezza se sia parola contemplata dai vocabolari? Eppure c’è; incredibile, ma c’è. E significa proprio quello che ci serve: “Affetto per una persona della quale si apprezzano i meriti | Amore costante per Dio e il prossimo” (Zingarelli), oppure: “Amore spirituale costante, e spec. quello che unisce le creature nella carità cristiana; è parola frequente nel linguaggio ascetico” (Treccani. A dire il vero la seconda possibilità mi assomiglia molto a ciò che in informatica mi pare si definisca “loop”, un circolo vizioso). Ancor più arduo servirsi del verbo “diligere”, che pure, incredibile a dirsi, esiste anche in italiano. Quindi vi preannuncio che vi sorbirete anche questo recupero linguistico; ma non so se riuscirò ad essere ferreamente coerente. Naturalmente, sempre fatte salve le citazioni scritturistiche.

<sup>31</sup> Gal 5, 6 Vulg.: “quae per charitatem operatur.”; Sabatier in nota, oltre ad Agostino: “Leo M. ser. 44. p. 110. f[...] quae per dilectionem operatur.”.

<sup>32</sup> Ho tradotto cercando di dare il senso di una realtà gerarchicamente inferiore, sottostante, dipendente da altro; ma non si può ignorare il riferimento a “substantia”, termine nevralgico in teologia.

<sup>33</sup> Gv 7, 18.

<sup>34</sup> Gv 5, 43 Vulg. “Ego veni in nomine Patris mei, et non accipitis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.”; Sabatier in nota: “Similiter habet Ambros. [...] at in Ps. 43. col. 896. d. *suscepistis ... susceperitis*. [...] Hieron. in Isai. 41. to. 3. col. 316. b. *Ego veni ... & non suscepistis me: alius veniet in nomine suo, & susceperitis eum*. Itidem August. [...]”.

<sup>35</sup> Gv 1, 1.

<sup>36</sup> Gv 14, 9 NCEI traduce: “Da tanto tempo sono con voi e tu non mi hai conosciuto, Filippo? Chi ha visto me, ha visto il Padre.”, seguendo VulgN. Non la adegua a Vulg in quanto non mi sembra che la differenza sia rilevante nell’economia del commento.

<sup>37</sup> Fil 2, 7 Vulg.: “sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo.”. Poiché “venit in tempore” non fa parte della citazione, in italiano non lo evidenzio col corsivo.

<sup>38</sup> Gv 7, 18 Vulg.: “Qui autem quaerit gloriam ejus, qui misit eum, hic verax est, et iniustitia in illo non est.”.

*Nonne Moyses, inquit, dedit vobis legem, et nemo ex vobis facit legem? Quid me quaeritis interficere?*<sup>40</sup> Ideo enim quaeritis interficere, quia *nemo ex vobis facit legem*. Nam si legem fecissetis, in ipsis litteris Christum agnosceretis, et praesentem non occideretis, *et illi responderunt*.<sup>41</sup> Respondit enim turba. Respondit quasi turba, non pertinentia ad ordinem, sed ad perturbationem. Denique turba turbata vide quid responderit.

*Daemonium habes: quis te quaerit occidere?*<sup>42</sup> Quasi non fuerit pejus dicere, *daemonium habes*, quam eum occidere. Ei quippe dictum est quod daemonium habebat qui daemones expellebat. Quid possit aliud dicere turba turbulenta? quid possit aliud olere coenum commotum, nisi putidum? Turba turbata est. Unde? a veritate. Turbam lippitudinis turbavit claritas lucis. Oculi autem non habentes sanitatem, non possunt ferre luminis claritatem.

Dominus autem non plane turbatur, sed in sua veritate tranquillus, non reddidit *malum pro malo, nec maledictum pro maledicto*<sup>43</sup>: quibus si diceret, Daemonium vos habetis: verum diceret. Nam unde hoc illi dicerent de veritate, *Daemonium habes*, nisi eos diaboli falsitas irritaret? Quid ergo responderit tranquillus, audiamus, et tranquille vivamus.

*Unum opus feci, et omnes miramini*.<sup>44</sup> Tanquam dicens, Quid si omnia opera mea videretis? Ipsius enim opera erant quae in mundo videbant; et ipsum qui fecit omnia, non videbant. Fecit unam rem, et turbati sunt, quia salvum fecit hominem in Sabbato: non intelligentes Dominum esse Sabbati, Filium hominis, qui Sabbatum propter hominem constituit, non hominem propter Sabbatum. Nec Sabbatum destruxit, qui sanum fecit hominem in Sabbato, quia ad salutem hominum hominibus Sabbati custodia data est.

*Non è stato forse Mosè a darvi la Legge? Eppure nessuno di voi osserva la Legge! Perché cercate di uccidermi?* Per questo dunque cercate di uccider[mi], perché *nessuno di voi osserva la legge*. Infatti se osservaste la legge, in quelle parole riconoscereste il Cristo, e non lo uccidereste [ora che è] presente; ed essi risposero. Infatti, *rispose la folla*. Rispose da folla, non in modo ordinato cose pertinenti, ma in modo agitato. Guarda pertanto cosa rispose la turba turbata<sup>60</sup>.

«*Sei indemoniato! Chi cerca di ucciderti?*». Quasi non fosse peggio dirgli *sei indemoniato*, che ucciderlo. Viene detto che ha un demonio a colui che scacciava i demoni. Che altro poteva dire una turba turbolenta? che altro odore poteva esalare un pantano smosso, se non putido? La turba è turbata. Da cosa? Dalla verità. Il fulgore della luce turbava la cisposità della turba. Coloro infatti che non hanno gli occhi sani non possono sopportare il fulgore della luce.

Ma il Signore, non era affatto turbato, ma tranquillo nella sua verità, non rese *male per male né ingiuria per ingiuria*; se avesse detto loro: Voi siete indemoniati, avrebbe detto il vero. Come infatti gli avrebbero detto questo con verità *Sei indemoniato*, se la falsità del diavolo non li avesse istigati? Ascoltiamo che cosa invece rispose tranquillo, e viviamo con tranquillità.

*Un'opera sola ho compiuto, e tutti ne siete meravigliati*. Come a dire: Che [fareste] se doveste vedere tutte le mie opere? Erano infatti sue le opere che vedevano nel mondo, e lui, che tutto aveva fatto, non lo vedevano. Fece una sola cosa, e furono turbati, aveva cioè guarito un uomo nel Sabato; non comprendendo che il Figlio dell'uomo è Signore del Sabato, lui che ha istituito il Sabato per l'uomo, non l'uomo per il Sabato. E che non ha distrutto il Sabato, lui che nel Sabato ha risanato un uomo, perché l'osservanza del Sabato è stata data agli uomini per la salvezza degli uomini.

## TRACTATUS XXX

*Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate* (Io 7, 19-24).

Sic audiamus evangelium, quasi praesentem Dominum; nec dicamus: O illi felices qui eum videre potuerunt! Sursum est Dominus; sed etiam, hic est veritas Dominus. Corpus enim Domini in quo resurrexit, uno loco esse potest; veritas eius ubique diffusa est.

1. Evangelii sancti lectionem, de qua pridem Caritati vestrae locuti sumus, ista quae modo lecta est, hodierna consequitur. Dominum loquentem audiebant et discipuli et Iudaei; veritatem loquentem audiebant, et veraces et mendaces; caritatem loquentem audiebant et amici et inimici; bonum loquentem audiebant et boni et mali. Illi audiebant, sed ille discernebat; et quibus sermo prodesset et profuturus esset, videbat et praevidebat. In illis enim qui tunc erant videbat, in nobis qui futuri eramus praevidebat.

Nos itaque sic audiamus Evangelium, quasi praesentem Dominum; nec dicamus: O illi felices qui eum videre potuerunt! quia multi in eis qui viderunt, et occiderunt; multi autem in nobis qui non viderunt, et crediderunt.<sup>61</sup>

Quod enim pretiosum sonabat de ore Domini, et propter nos scriptum est, et nobis servatum, et propter nos recitatum, et recitabitur etiam propter posteros nostros, et donec saeculum finiatur. Sursum est Dominus: sed etiam hic est veritas Dominus. Corpus enim Domini in quo resurrexit, uno loco esse potest: veritas eius ubique diffusa est. Dominum ergo audiamus, et quod ipse donaverit de verbis eius, et nos dicamus.

2. *Nonne Moyses, inquit, dedit vobis Legem, et nemo ex vobis facit Legem? Quid me quaeritis interficere?* Ideo enim quaeritis me interficere, quia nemo ex vobis facit Legem: nam si Legem faceretis, in ipsis litteris Christum agnosceretis, et praesentem non occideretis. Et illi responderunt:

*Respondit ei turba*. Respondit quasi turba non pertinentia ad ordinem, sed ad perturbationem: denique turba turbata videte quid responderit:

*Daemonium habes; quis te quaerit occidere?* Quasi non peius fuerit dicere: *Daemonium habes*, quam eum occidere. Ei quippe dictum est quod daemonium haberet, qui daemones expellebat. Quid possit aliud dicere turba turbulenta? quid possit aliud olere coenum commotum? Turba turbata est; unde? A veritate. Turbam lippitudinis turbavit claritas lucis. Oculi enim non habentes sanitatem, non possunt ferre luminis claritatem.

**Dominus in sua veritate tranquillus.**

3. Dominus autem non plane turbatus, sed in sua veritate tranquillus, non reddidit malum pro malo, nec maledictum pro maledicto. Quibus si diceret: Daemonium habetis vos; verum utique diceret. Non enim talia illi veritati dicerent, nisi eos diaboli falsitas irritaret. Quid ergo respondit? Audiamus tranquille, et tranquillum bibamus:

*Unum opus feci, et omnes miramini*. Tamquam dicens:

Quid si omnia opera mea videretis? Ipsius enim opera erant quae in mundo videbant, et ipsum qui fecit omnia non videbant: fecit unam rem, et turbati sunt, quia salvum fecit hominem sabbato.

Quasi vero si quisquam aegrotus sabbato sinceraret, alius illum sanum fecisset quam ille, qui eos scandalizavit,

quia unum hominem salvum fecit sabbato.

Quis enim alius alios salvos fecit quam ipsa salus; qui illam salutem quam dedit huic homini, dat et iumentis? Salus enim corporalis erat. Salus carnis et reparatur, et moritur; et cum reparatur, mors differtur, non aufertur. Tamen, fratres, etiam ipsa salus a Domino est, per quemlibet detur: quocumque curante et ministrante impertiatur, ab illo datur a quo est omnis salus, cui dicitur in Psalmo: *Homines et iumenta salvos facies, Domine; sicut multiplicasti misericordiam tuam, Deus*. Quia enim Deus es, multiplicata misericordia tua pervenit etiam ad salutem carnis humanae, pervenit etiam ad salutem mutorum animalium: sed qui das salutem carnis hominibus iumentisque communem, numquid nulla salus est quam servas hominibus? Est certe alia quae non

<sup>40</sup> Gv 7, 19.

<sup>41</sup> In realtà la citazione non è questa ma il passo che segue immediatamente: Gv 7, 20 Vulg.: “Respondit turba, et dixit:”. In italiano adegua il corsivo.

<sup>42</sup> Gv 7, 20 Vulg.: “Daemonium habes:quis te quaerit occidere?”; Sabatier in nota: “Ita ferunt Mss. omnes, nisi quod in Cantabrig. bis scriptum *occidere*, pro duplici *interficere*.”.

<sup>43</sup> 1Pt 3, 9.

<sup>44</sup> Gv 7, 21.

<sup>60</sup> Non ho resistito al gioco di parole, assai istruttivo sulla psicologia del branco.

<sup>61</sup> Questo passo è ripreso da Beda in questo stesso capitolo, più oltre, affiancato al §7 di questo stesso tractatus 30 di Agostino; evidenziato pari colore.

*Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem.*<sup>45</sup> Bene factum est ut acciperetis circumcisionem a Moyses.

*Non quia ex Moyses est, sed ex patribus.*<sup>46</sup> Abraham quippe primus accepit circumcisionem a Domino<sup>47</sup>.

*Et in Sabbato circumciditis.*<sup>48</sup> Convincit vos Moyses in lege. Accepistis ut circumcidatis octavo die<sup>49</sup>, accepistis in lege ut vacetis septimo die (*Levit. XII*)<sup>50</sup>.

Si octavus dies illius qui natus est, occurrerit ad diem septimum Sabbati, quid facietis? Vacabitis, ut servetis Sabbatum, an circumcidetis, ut impleatis Sacramentum diei octavi?

Sed novi, inquit, quid facitis. Circumciditis hominem. Quare? quia circumcisio pertinet ad aliquod signum salutis, et non debent homines Sabbato vacare a salute. Ergo nec mihi irascamini, quia salvum feci totum hominem in Sabbato<sup>51</sup>.

*Si circumcisionem, inquit, accepit homo in Sabbato, ut non solvatur lex Moysi.*<sup>52</sup> Aliquid enim per Moysen in illa constitutione circumcisionis salubriter institutum est, mihi operanti salutem in Sabbato, quare indignamini?

Forte enim illa circumcisio ipsum Dominum significabat, cui isti curanti et sananti indignabantur. Iussa est enim adhiberi octava die. Et quid est circumcisio, nisi carnis exspoliatio? Significat ergo ista circumcisio exspoliationem a corde cupiditatum carnalium.

Non ergo sine causa data est, et in eo membro fieri iussa, quoniam per illud membrum procreatur creatura mortalium: *Et per unum hominem mors, sicut per unum hominem resurrectio mortuorum;*<sup>53</sup> *et per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors.*<sup>54</sup>

Ideo quisque cum praepitio nascitur, quia omnis homo cum vitio propaginis nascitur; et non mundat Deus sive a vitio cum quo nascimur, sive a vitiis quae male vivendo addimus, nisi per cultellum petrinum, id est, Dominum nostrum Jesum Christum.

Petra enim erat Christus.<sup>55</sup> Cultellis enim petrinis circumcidebant, et petrae nomine Christum figurabant, et praesentem non agnoscebant, sed insuper occidere cupiebant.

*Per questo Mosè vi ha dato la circoncisione.* È ben fatto che riceviate la circoncisione da Mosè.

– *non che essa venga da Mosè, ma dai patriarchi* –. Abramo, infatti, per primo ricevette la circoncisione dal Signore.

*E voi circoncidete un uomo anche di sabato.* Lo stabilisce per voi Mosè nella legge. Vi è stato prescritto di circoncidere nell'ottavo giorno. Vi è stato prescritto nella legge di riposare nel settimo giorno (cf. Es 20, 10). Se l'ottavo giorno di colui che è nato dovesse cadere nel settimo giorno del Sabato, che fate? Riposate, per osservare il Sabato, oppure circoncidete per adempiere il Sacramento dell'ottavo giorno? Ma so, dice, cosa fate. *Circoncidete un uomo.* Perché? perché la circoncisione pertiene a un qualche segno della salute, e gli uomini non devono essere privi della salute nel Sabato. Dunque non *vi sdegnate contro di me perché di sabato ho guarito interamente un uomo.*

*Ora, se un uomo riceve, dice, la circoncisione di sabato perché non sia trasgredita la legge di Mosè.* Infatti per mezzo di Mosè in quella costituzione è stato istituito qualcosa di salutare per la circoncisione; perché vi indignate contro di me che opero la salute nel Sabato?

Probabilmente infatti la circoncisione annunciava il Signore, e costoro si indignavano contro di lui che curava e sanava. Era prescritto che si praticasse nell'ottavo giorno. E che cos'è la circoncisione se non una spogliazione della carne?

Questa circoncisione, quindi, significa spogliare il cuore delle cupidigie carnali. Dunque non fu data senza motivo, e ordinato di compierla su quel membro, perché per mezzo di quel membro si procrea la creatura dei mortali: *per mezzo di un [solo] uomo venne la morte, per mezzo di un [solo] uomo verrà anche la risurrezione dei morti; e a causa di un solo uomo il peccato è entrato nel mondo e, con il peccato, la morte.* Così ognuno nasce col prepuzio, perché ogni uomo nasce col peccato d'origine; e Dio non ci monda, né dal peccato con cui nasciamo, né dai peccati che noi aggiungiamo vivendo male, se non per mezzo del coltello di pietra, cioè del Signore nostro Gesù Cristo. *E quella pietra era il Cristo.* Circoncidevano infatti con coltelli di pietra, e le pietre, col nome, rappresentavano Cristo; ma da presente non lo riconoscevano, anzi, per di più desideravano ucciderlo.

solum communis non est hominibus et iumentis, sed nec ipsis hominibus communis est bonis et malis. Denique cum ibi de ista salute dixisset, quam communiter accipiunt pecora et homines; propter illam salutem quam sperare debent homines, sed boni homines, secutus adiunxit: *Filii autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt: inebriabuntur ab ubertate domus tuae, et torrente voluptatis tuae potabis eos; quoniam apud te est fons vitae, et in lumine tuo videbimus lumen.* Haec est salus quae ad bonos pertinet, quos appellavit filios hominum; cum supra dixisset: *Homines et iumenta salvos facies, Domine.* Quid enim? illi homines non erant filii hominum, ut cum dixisset: *Homines*, sequeretur et diceret: *Filii autem hominum*; quasi aliud erant homines, et aliud filii hominum? Non tamen arbitror sine aliqua significatione distinctionis hoc dixisse Spiritum sanctum. *Homines* ad primum Adam, *filii hominum* ad Christum. Forte enim homines pertinent ad primum hominem: *filii autem hominum* pertinent ad Filium hominis.

**4. Unum opus feci, et omnes miramini.** Et continuo subiungit:

*Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem.* Bene factum est ut acciperetis circumcisionem a Moyses.

*Non quia ex Moyses est, sed ex Patribus.* Abraham quippe primus accepit circumcisionem a Domino.

*Et in sabbato circumciditis.* Convicit vos Moyses: in Lege accepistis ut circumcidatis octavo die; accepistis in Lege ut vacetis septimo die:

si octavus dies illius qui natus est occurrerit ad diem septimum sabbati, quid facietis?

Vacabitis, ut servetis sabbatum; an circumcidetis, ut impleatis sacramentum diei octavi?

Sed novi, inquit, quid faciatis. *Circumciditis hominem.* Quare? Quia circumcisio pertinet ad aliquod signaculum salutis, et non debent homines sabbato vacare a salute. Ergo nec mihi irascamini, quia salvum feci totum hominem sabbato:

*si circumcisionem, inquit, accepit homo in sabbato, ut non solvatur lex Moysi* (aliquid enim per Moysen in illa constitutione circumcisionis salubriter institutum est), mihi operanti salutem in sabbato quare indignamini?

**5.** Forte enim illa circumcisio ipsum Dominum significabat, cui isti curanti et sananti indignabantur. Iussa est enim adhiberi octavo die circumcisio: et quid est circumcisio, nisi carnis exspoliatio? Significat ergo ista circumcisio exspoliationem a corde cupiditatum carnalium.

Non ergo sine causa data est, et in eo membro iussa fieri; quoniam per illud membrum procreatur creatura mortalium.

Et per unum hominem mors, sicut per unum hominem resurrectio mortuorum: et *per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors.*

Ideo quisque cum praepitio nascitur, quia omnis homo cum vitio propaginis nascitur; et non mundat Deus sive a vitio cum quo nascimur, sive a vitiis quae male vivendo addimus, nisi per cultellum petrinum, Dominum Christum.

*Petra enim erat Christus.* Cultellis enim petrinis circumcidebant,

et petrae nomine Christum figurabant: et praesentem non agnoscebant, sed insuper eum occidere cupiebant.

Quare autem octavo die, nisi quia post septimum sabbati Dominus die dominico resurrexit? Ergo resurrectio Christi, quae facta est tertio quidem die passionis, sed octavo die in diebus hebdomadis, ipsa nos circumcidit. Audi circumcisos vera petra, Apostolo admonente: *Si ergo resurrexistis cum Christo; quae sursum sunt quaerite,*

<sup>45</sup> Gv 7, 22.

<sup>46</sup> Gv 7, 22.

<sup>47</sup> cfr Gn 17, 10.

<sup>48</sup> Gv 7, 22.

<sup>49</sup> cfr Lv 12, 3. precedente, riferita alla circoncisione. Qui il riferimento è a Es 20, 10. In italiano si provvedere ad emendare.

<sup>49</sup> Gv 7, 23 Vulg.: “mihi indignamini quia totum hominem sanum feci

<sup>50</sup> In realtà questa notazione si riferisce all’asserzione precedente, riferita alla circoncisione. Qui il riferimento è a Es 20, 10. In italiano si provvedere ad emendare.

<sup>51</sup> Gv 7, 23 Vulg.: “mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato?”; Sabatier in nota: “Ms Cantabrig. [...] *quomodo mihi irascimini* [...] Ambros. in Ps. 118 col. 1092. c. *mihi irascimini*, [...] Damas. I. epist. 4. to. 1. col. 499. b. *irascimini mihi*.”

<sup>52</sup> Gv 7, 23.

<sup>53</sup> 1Cor 15, 21 Vulg.: “quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum.”; Sabatier in nota: “Itidem Ambros. l. 2. de sacram. col. 356. c. at l. 5. de fide, col. 578. f. *quoniam sicut per unum hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum*: [...] Vigilius Taps. l. 1. cont. Eutyech. pp. 722. b. 724. g. *sicut per unum hominem mors, ita & per unum hom. resurr. mort.* [ + Agostino]”.

<sup>54</sup> Rm 5, 12 Vulg.: “Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors,”

<sup>55</sup> 1Cor 10, 4 NCEI traduce: “e quella roccia era il Cristo.”; il contesto del commento esige di tradurre con “pietra”.

Quod vero circumciditis hominem in Sabbato, intelligite hoc significari opus bonum.

Quod ego feci totum hominem salvum in Sabbato.<sup>56</sup> Quia et curatus est, ut sanus esset in corpore; et credidit, ut sanus esset in anima.

Nolite iudicare personaliter, sed rectum iudicium iudicate.<sup>57</sup> Quid est hoc? nisi quia si per legem Moysi circumciditis Sabbato, non irascimini Moysi; et quia ego die Sabbati salvum feci hominem, irascimini mihi: personaliter iudicatis, veritatem attendite,

et iustum iudicium iudicate.

Si secundum veritatem iudicatis, neque Moysen neque me condemnabitis; et veritate cognita, me cognoscetis, quia ego sum veritas.<sup>58</sup>

Hoc vitium, fratres, quod Dominus notavit hoc loco, evadere in hoc saeculo, magni laboris est, non personaliter iudicare, sed rectum iudicium retinere. Admonuit quidem Dominus Iudaeos, sed monuit nos. Illos convicit, nos instruxit. Illos redarguit, nos exacuit. Non putemus hoc nobis ideo non dictum, quia tunc ibi non fuimus.

Nos itaque sic audiamus Evangelium, quasi praesentem Dominum: ne dicamus, O illi felices, qui eum videre potuerunt! Multi in eis qui viderunt eum carnaliter, occiderunt: multi autem in nobis qui non viderunt, crediderunt.<sup>59</sup>

Dal momento che circoncidete un uomo nel Sabato, comprendete che ciò significa una opera buona.

Perché di sabato ho guarito interamente un uomo. Perché è stato curato affinché fosse sano nel corpo; e ha creduto affinché fosse sano nell'anima.

Non giudicate secondo le apparenze; giudicate con giusto giudizio! Cosa significa? Se non che: se per la legge di Mosè circoncidete nel Sabato, non ve la prendete con Mosè; e perché io ho sanato un uomo nel giorno del Sabato, ve la prendete con me; giudicate in modo soggettivo, prestate attenzione alla verità,

e giudicate con giusto giudizio.

Se giudicate secondo verità, non condannerete né Mosè né me; e, conosciuta la verità, riconoscerete me, perché io sono la verità.

Questo peccato, fratelli, che il Signore ha qui segnalato è molto difficile da evitare in questo secolo: non giudicare secondo le apparenze, ma serbare un retto giudizio. Il Signore ha certo ammonito i Giudei, ma ammonisce [anche] noi. Ha confutato loro, ha istruito noi. Ha rimproverato loro, ha messo in guardia noi. Non crediamo che questo non sia stato detto a noi solo perché allora non eravamo là.

Cerchiamo di ascoltare il Vangelo come se il Signore fosse qui presente; e non diciamo: fortunati quelli che poterono vederlo! perché molti di quelli che lo videro lo uccisero; mentre molti tra noi, che non l'abbiamo visto, abbiamo creduto.

ubi Christus est in dextera Dei sedens; quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Circumcisis loquitur: Resurrexit Christus, abstulit vobis desideria carnalia, abstulit concupiscentias malas, abstulit superfluum cum quo nati eratis, et multo peius quod male vivendo addideratis; circumcisi per petram quare adhuc sapitis terram? Et ad extremum quia Legem dedit Moyses, et circumciditis hominem sabbato, intelligite hoc significari opus bonum,

quod ego feci totum hominem salvum sabbato; quia et curatus est ut sanus esset in corpore, et credidit ut sanus esset in anima.

**Homo novus facti sumus.**

6. Nolite iudicare personaliter, sed rectum iudicium iudicate. Quid est hoc? Modo qui per legem Moysi circumciditis sabbato, non irascimini Moysi; et quia ego die sabbati salvum feci hominem, irascimini mihi.

Personaliter iudicatis, veritatem attendite.

Ego non me praefero Moysi, ait Dominus, qui erat et ipsius Moysi Dominus. Sic attendite quomodo homines nos duos, tamquam ambos homines: iudicate inter nos, sed verum iudicium iudicate;

nolite me honorato illum damnare, sed illo intellecto me honorate. Hoc enim eis alio loco dixit: Si crederetis Moysi, crederetis utique et mihi; de me enim ille scripsit. Sed hoc loco noluit hoc dicere, tamquam se et Moyse ante illos constitutis. Propter legem Moysi circumciditis, quando etiam sabbatum occurrerit; et ego sanitarum faciendarum beneficentiam non vultis ut exhibeam per sabbatum? Quia Dominus circumcisionis et Dominus sabbati, salutis est auctor: et servilia opera prohibiti estis facere sabbato; si vere intellegatis servilia opera, non peccatis. Qui enim facit peccatum, servus est peccati. Numquid servile opus est, hominem sanare per sabbatum? Manducatis et bibitis (ut aliquid dicam ex admonitione Domini nostri Iesu Christi, et ex verbis eius); utique quare manducatis et bibitis in sabbato, nisi quia pertinet ad salutem quod facitis? Per hoc ostenditis opera salutis non esse ullo modo die sabbati omittenda. Ergo nolite personaliter iudicare, sed rectum iudicium iudicate. Attendite me quomodo hominem, attendite Moysen quomodo hominem:

si secundum veritatem iudicetis, neque Moysen, neque me condemnabitis; et veritate cognita me cognoscetis, quia ego sum veritas.

7. Hoc vitium, fratres, quod Dominus notavit hoc loco, evadere in hoc saeculo magni laboris est, non personaliter iudicare, sed rectum iudicium retinere. Admonuit quidem Dominus Iudaeos, sed monuit et nos: illos convicit, nos instruxit; illos redarguit, nos exacuit. Non putemus hoc nobis non ideo dictum, quia tunc ibi non fuimus.

Scriptum est, legitur, cum recitaretur audivimus; sed tamquam Iudaeis dictum audivimus: non nos ponamus post nos, et quasi intueamur inimicos reprehendere, et ipsi nos faciamus quod in nobis veritas ipsa reprehendat. Iudaei quidem personaliter iudicabant, sed ideo non pertinent ad Novum Testamentum, ideo non habent in Christo regnum coelorum, ideo non iunguntur sanctorum societati Angelorum: terrena quaerebant a Domino; terra enim promissionis, victoria ab inimicis, fecunditas pariendi, multiplicatio filiorum, abundantia fructuum, quae illis omnia a Deo quidem vero et bono, tamen ut carnalibus promissa sunt, omnia haec fecerunt illis Vetus Testamentum. Quid est Vetus Testamentum? Quasi haereditas pertinens ad hominem veterem. Nos innovati sumus, homo novus facti sumus; quia et ille homo novus venit. Quid tam novum quam nasci de virgine? Quia ergo non erat quid in illo innovaret praeceptum, quia nullum habebat peccatum; novus partus est datus. In illo partus novus, in nobis homo novus. Quid est homo novus? A vetustate innovatus. Ad quam rem innovatus? Ad desideranda coelestia, ad concupiscenda sempiterna, ad patriam quae sursum est et hostem non timet, desiderandam, ubi non perdimus amicum, non timemus inimicum; ubi vivimus cum bono affectu, sine ullo defectu; ubi nemo nascitur, quia nemo moritur; ubi nemo iam proficit, et nemo deficit; ubi non esuritur, et non sitiitur, sed satietas est immortalitas, et cibus veritas. Haec habentes promissa, et ad

<sup>56</sup> Gv 7, 23 Vulg.: “mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato?”.

<sup>57</sup> Gv 7, 24 Vulg.: “Nolite iudicare personaliter, sed rectum iudicium iudicate.”; Sabatier in nota: “Ms. Cantabrig. *Nolite iudicare secundum personam*, &c. [...] Lucif. Cal. L. 2. Pro S. Ath. P. 210. D. Nolite iudicare secundum personam, [...] [+ Agostino]”.

<sup>58</sup> Gv 14, 6 Vulg.: “Ego sum via, et veritas, et vita.”.

<sup>59</sup> Per il parallelo in Agostino si veda sopra al §1 di questo stesso tractatus 30; evidenziato pari colore.

Quis est qui non iudicat personaliter, nisi qui aequaliter diligit?

Qui aequaliter omnes diligit, aequaliter de omnibus iudicat. Nec hoc dictum putemus de illis quos pro honore graduum diverso modo honoramus, sed de illis quorum causas diiudicare iubemur.

Dominus igitur Iesus non manifeste, sed occulte ascendit ad diem festum, non quia timebat ne teneretur, cuius potestas erat ut non teneretur, sed ut significaret etiam in ipso die festo qui celebrabatur a Iudaeis, occultari, et clausum esse mysterium; sed mox apparuit potestas, quae putabatur timiditas.

Loquebatur enim palam in die festo, ita ut mirarentur turbae, et dicerent quod audivimus, cum lectio legeretur,

*Nonne hic est quem quaerebant interficere? et ecce palam loquitur, et nihil illi dicunt. Num vere cognoverunt principes quia hic est Christus?*<sup>62</sup> Qui noverant qua saevitia quaerebatur, mirabantur qua potentia non tenebatur.

Unde non plane intelligentes illius potentiam,

putaverunt esse principum scientiam, quod ipsi cognoverant eundem esse Christum, et ideo pepercerunt ei, quo tempore occidendum quaesierunt.

Deinde illi ipsi apud seipsos qui dixerant: *Numquid cognoverunt principes quia hic est Christus?* fecerunt sibi quaestionem, qua eis videretur non esse Christum. Adiungentes enim dixerunt:

*Sed istum novimus unde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit unde sit.*<sup>63</sup>

Quid est quod dixerunt Iudaei,

*Christus cum venerit, nemo scit unde sit (Matth. II)*<sup>64</sup>,

dum Herode interrogante locum nativitatis ejus, demonstraverunt juxta prophetiam Micheae prophetae (*Micheae V*), et ex hoc certum est locum nativitatis illius eos nosse? Sed considerandum est quid se nosse putarent, et quid non se scire dixerunt.

Locum enim nativitatis illius sciebant per prophetarum dicta, sed divinam ejus nativitatem, qua ex Deo Patre aeternaliter natus est, propter impietatem cordis sui nesciebant,

Chi è che non giudica secondo le apparenze? se non chi ama equanimente?

Chi ama tutti equanimente, equanimente giudica di tutti. E non reputiamo che ciò sia detto per quelli che onoriamo in modo diverso in ragione dell'onore delle cariche, ma per quelli delle cui cause abbiamo il compito di giudicare.

Il Signore Gesù, dunque, salì alla festa non pubblicamente, ma in incognito, non per paura di essere preso, dato che era in suo potere di non essere preso, ma per significare che anche in quella festa celebrata dai Giudei era nascosto er racchiuso un mistero; ma presto apparve come potenza ciò che era scambiato per debolezza. Infatti, parlava apertamente durante la festa, tanto che le turbe si meravigliavano e dicevano quanto abbiamo sentito, quando è stata letta la lettura<sup>81</sup>:

*Non è costui quello che cercano di uccidere? Ecco, egli parla liberamente, eppure non gli dicono nulla. I capi hanno forse riconosciuto davvero che egli è il Cristo?* Quanti sapevano con quale accanimento era ricercato, si meravigliavano della potenza grazie alla quale non era catturato. Ma, siccome non comprendevano chiaramente il suo potere, pensarono che fosse stato acquisito dai capi l'aver riconosciuto che egli era il Cristo; e che perciò avessero risparmiato colui che sino allora avevano ricercato per ucciderlo.

Inoltre, tra di loro, quelli stessi che avevano detto tra loro: *I capi hanno forse riconosciuto davvero che egli è il Cristo*, si posero una questione secondo cui a loro non sembrava essere il Cristo. Infatti, aggiungendo, dissero:

*Ma costui sappiamo di dov'è; il Cristo invece, quando verrà, nessuno saprà di dove sia.*

Cosa significa ciò che dissero i Giudei,

*il Cristo [...], quando verrà, nessuno saprà di dove sia;*

Dal momento che, all'interrogazione di Erode sul luogo della sua nascita, lo spiegarono secondo la profezia del profeta Michea (Mi 5, 2), e perciò è certo che conoscessero il luogo della sua nascita? Ma va considerato cosa reputassero di sapere, e cosa dissero di non sapere.

Infatti il luogo della sua nascita lo sapevano grazie ai detti dei profeti, ma la sua nascita divina, per la quale è nato nell'eternità da Dio Padre, non la conoscevano a causa dell'empietà del cuore,

Novum Testamentum pertinentes, et novae haereditatis facti haeredes, et ipsius Domini cohaeredes, aliam spem valde habemus: non personaliter iudicemus, sed rectum iudicium teneamus.

8. Quis est qui non iudicat personaliter? Qui diligit aequaliter.

Dilectio aequalis facit non acceptari personas. Non cum homines diverso modo pro suis gradibus honoramus, tunc timendum est ne personas accipiamus. Sed quando inter duos iudicamus, et aliquando inter necessarios, fit nonnunquam iudicium inter patrem et filium; queritur pater de malo filio, aut queritur filius de duro patre: servamus honorificentiam patri, quae debetur a filio; non aequamus filium patri in honore; sed praeponimus, si bonam causam habet: filium aequemus patri in veritate; et sic tribuimus honorem debitum, ut non perdat aequitas meritum. Ita verbis Domini proficimus, et ut proficiamus gratia illius adiuvamur.

## TRACTATUS XXXI

*Quo hic iturus est? numquid in dispersionem gentium? (Io 7, 25-36).*

Iudaei, nescientes, salutem nostram praedixerunt. Nos enim non didicimus Christum in carne, et meruimus carnem eius manducare, et in carne eius membra esse. Quia misit ad nos servos suos, fratres suos, membra sua, seipsum; misit enim ad nos membra sua, et fecit nos membra sua.

1. Meminit Caritas vestra pristinis sermonibus et lectum esse in Evangelio, et a nobis ut potuimus disputatum, quod

Dominus Iesus ideo velut occulte ascendit ad diem festum, non quia timebat ne teneretur, cuius potestas erat ne teneretur; sed ut significaret etiam in ipso die festo qui celebrabatur a Iudaeis, se occultari, et suum esse mysterium: hodierna ergo lectione apparuit potestas, quae putabatur timiditas;

loquebatur enim palam in die festo, ita ut mirarentur turbae, et dicerent quod audivimus, cum lectio legeretur:

*Nonne hic est quem quaerebant interficere? Et ecce palam loquitur, et nihil illi dicunt: numquid vere cognoverunt principes quia hic est Christus?* Qui noverant qua saevitia quaerebatur, mirabantur qua potentia non tenebatur.

Deinde non plene intellegentes illius potentiam,

putaverunt principum esse scientiam, quod ipsi cognoverant eundem esse Christum: ideo pepercerunt ei, quem tantopere occidendum quaesierunt.

### Generationem eius quis enarrabit.

2. Deinde illi ipsi apud seipsos, qui dixerant: *Numquid cognoverunt principes quia hic est Christus?* fecerunt sibi quaestionem qua eis videretur non ipse esse Christus: adiungentes enim dixerunt:

*Sed istum novimus unde sit; Christus autem cum venerit, nemo scit unde sit.*

Haec opinio apud Iudaeos unde nata fuerit, quod

*Christus cum venerit, nemo scit unde sit*

(non enim inaniter nata est); si consideremus Scripturas, invenimus, fratres, quoniam sanctae Scripturae dixerunt de Christo, *quoniam Nazaraeus vocabitur*. Ergo praedixerunt unde sit. Rursus si locum nativitatis eius quaeramus, tamquam inde sit ubi natus est; nec hoc latebat Iudaeos, propter Scripturas quae ista praedixerant. Nam cum eum visa stella Magi quaererent adorare, venerunt ad Herodem, et dixerunt quid quaererent et quid vellent: ille autem convocatis eis qui Legem sciebant, quaesivit ab eis ubi Christus nasceretur: illi dixerunt: *In Bethlehem Iudae*; et testimonium etiam propheticum protulerunt. Si ergo Prophetae praedixerant et locum unde erat origo carnis eius, et locum ubi eum peperit mater eius; unde nata est ista opinio apud Iudaeos, quam modo audivimus: *Christus cum venerit, nemo scit unde sit*, nisi quia utrumque praedicaverant et praenuntiaverant Scripturae? Secundum hominem praedixerant Scripturae unde esset: secundum Deum latebat impios, et quaerebat pios. Ad hoc enim et isti dixerunt: *Christus cum venerit, nemo scit unde sit*; quia hanc illis opinionem generaverat quod per

<sup>62</sup> Gv 7, 25-26 Vulg.: “Nonne hic est quem quaerunt interficere? ...”; Sabatier in nota, per “quaerebant” cita solo Agostino.

<sup>63</sup> Gv 7, 27 Vulg.: “Sed hunc scimus unde sit: ...”: Sabatier in nota: “Consonant Ms. omnes, etiam Cantabrig. nisi quod habet *novimus*, pro *scimus*. [+ Agostino]”.

<sup>64</sup> In realtà è ripetizione della citazione di Gv 7, 27 appena fatta. Quanto segue immediatamente consente di comprendere che Beda, nel citare Mt 2, si riferisce alla domanda rivolta dai Magi ad Erode per sapere il luogo dove trovare il Signore: cfr Mt 2, 2-5 e ss. In italiano ometto la citazione nel testo in quanto il riferimento a Giovanni è appena stato fatto.

<sup>81</sup> Quelle di Agostino sono, alcune solo formalmente, prediche: e ciò rende comprensibile questa affermazione. Ma il commento di Beda si presenta come testo scritto, e suddiviso secondo i capitoli del Vangelo: l'affermazione diviene così nient'altro che un segno capace di tradire le origini del testo.

Isaia dicente: *Generationem ejus quis enarrabit (Isa. LIII)<sup>65</sup>*? Denique et ipse Dominus ad utrumque respondit,

et de humanitatis fragilitate, et de divinitatis majestate dicens:

*Clamabat ergo docens in templo Jesus; Et me scitis, et unde sim scitis.*<sup>66</sup>

Recte ergo dixit, Et me nostis, et unde sim scitis, **id est**, secundum carnem

nativitatem meam nostis, et nobilitatem parentum meorum, et effigiem vultus mei nostis. Secundum divinitatem autem non nostis.

*Quia a me ipso non veni, sed est verus qui me misit, quem nescitis.*<sup>67</sup> Sed ut eum sciatis, credite in eum quem misit; et sciatis **quod nemo Deum vidit unquam nisi unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit (Joan. I)<sup>68</sup>**; et, *Patrem nemo cognovit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare (Luc. X)<sup>69</sup>*.

Denique cum dixisset: *Sed est verus qui misit me, quem vos nescitis*: ut ostenderet eis unde possent scire quod nesciebant, subiecit:

*Ego scio eum.*<sup>70</sup> Ergo a me quaerite ut sciatis eum. Quare autem scio eum? quia ab ipso sum, et ipse me misit.<sup>71</sup> Magnifice utrumque monstravit. *Ab ipso*, inquit, *sum*; quia filius de patre; et quidquid est filius, de illo est, cujus est filius. Ideo Dominum Jesum dicimus Deum de Deo:

Patrem non dicimus Deum de Deo, sed tantum Deum; et dicimus Dominum Jesum lumen de lumine, Patrem non dicimus lumen de lumine, sed tantum lumen. Ad hoc ergo pertinet quod dixit: Ab eo sum, quod autem videtis me in carne, ipse me misit. Ubi audis, Ipse me misit, noli intelligere naturae dissimilitudinem, sed generantis auctoritatem.

*Quaerebant ergo eum apprehendere, et nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus.*<sup>72</sup> Hoc est, quia nolebat.

Qui enim voluntate natus est, voluntate et passus est. Sicut horam praeviderat nativitatis suae, ita horam praedestinavit passionis suae. Si hora mortis nostrae, illius voluntas: quanto magis hora passionis suae in arbitrio voluntatis suae venit?

secondo quanto dice Isaia: *Chi parlerà della sua origine (Is 53, 8)*? Inoltre anche il Signore risponde ad entrambe,

sia a proposito della fragilità umana che della maestà divina, dicendo:

*Gesù allora, mentre insegnava nel tempio, esclamò: Certo, voi mi conoscete e sapete di dove sono.*

Giustamente dunque egli disse: *Voi mi conoscete e sapete di dove sono*, cioè, secondo la carne

conoscete la mia nascita, e la schiatta dei miei genitori, conoscete anche l'aspetto del mio volto.

Ma secondo la divinità non [mi] conoscete.

*Eppure non sono venuto da me stesso, ma chi mi ha mandato è veritiero, e voi non lo conoscete.* Ma affinché lo conosciate, credete in colui che egli ha mandato; e sappiate che *Dio, nessuno lo ha mai visto: il Figlio unigenito, che è [...] nel seno del Padre, è lui che lo ha rivelato.* (Gv 1, 18); e, *nessuno [conosce] il Padre se non il Figlio e colui al quale il Figlio vorrà rivelarlo* (Lc 10, 22).

Infine, dopo aver detto: *ma chi mi ha mandato è veritiero, e voi non lo conoscete*, per mostrare loro come avrebbero potuto sapere ciò che non sapevano, aggiunse:

*Io lo conosco.* Dunque, chiedete a me per conoscerlo. Ma perché lo conosco? *perché vengo da lui ed egli mi ha mandato.* Ha magnificamente illustrato entrambe. *Vengo*, disse, *da lui*, perché il figlio dal padre, e tutto ciò che il figlio è, è da colui del quale egli è figlio. Perciò il Signore Gesù lo diciamo Dio da Dio; il Padre non lo diciamo Dio da Dio, ma soltanto Dio; e il Signore Gesù lo diciamo luce da luce; il Padre non lo diciamo luce da luce, ma soltanto luce. A questo si riferisce ciò che disse: “vengo da lui”, ma in quanto mi vedete nella carne, “*lui mi ha mandato*”. Quando senti: “Lui mi ha mandato”, non pensare alla dissomiglianza della natura, ma all'autorità di colui che genera.

*Cercavano allora di arrestarlo, ma nessuno riuscì a mettere le mani su di lui, perché non era ancora giunta la sua ora.* Cioè, perché egli non voleva.

Infatti colui che è nato per volontà, per volontà ha pure patito. Come prevede l'ora della sua nascita, così predeterminò l'ora della sua passione. Se l'ora della nostra morte [è secondo] la sua volontà, l'ora della sua passione giunse secondo l'arbitrio della sua volontà?

Isaia dictum est: *Generationem autem eius quis enarrabit?* Denique et ipse Dominus ad utrumque respondit,

et quia noverant eum unde esset, et quia non noverant; ut attestaretur prophetiae sanctae quae de illo ante praedicta est, et secundum humanitatem infirmitatis, et secundum divinitatem maiestatis.

**3.** Audite ergo Verbum Domini, fratres, videte quemadmodum confirmavit eis et quod dixerunt: Istum novimus unde sit; et quod dixerunt: Christus cum venerit, nemo scit unde sit.

Clamabat ergo docens in templo Iesus: Et me scitis, et unde sim scitis;

et a me ipso non veni, sed est verus qui me misit, quem vos nescitis. Hoc est dicere:

Et me scitis, et me nescitis: hoc est dicere: Et unde sim scitis, et unde sim nescitis. Unde sim scitis, Iesus a Nazareth, cuius etiam parentes nostis. Solus enim in hac causa latebat virginis partus, cui tamen testis erat maritus: ipse enim hoc poterit fideliter indicare, qui posset maritaliter et zelare. Hoc ergo excepto virginis partu, totum noverant in Iesu quod ad hominem pertinet: facies ipsius nota erat, patria ipsius nota erat, genus ipsius notum erat, ubi natus est sciebatur.

Recte ergo dixit: Et me nostis, et unde sim scitis, secundum carnem

et effigiem hominis quam gerebat: secundum autem divinitatem:

Et a me ipso non veni, sed est verus qui me misit, quem vos nescitis; sed ut eum sciatis, credite in eum quem misit, et sciatis. Deum enim nemo vidit unquam, nisi unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit: et: Patrem non cognoscit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare.

**4.** Denique cum dixisset: *Sed est verus qui misit me, quem vos nescitis*; ut ostenderet eis unde possent scire quod nesciebant, subiecit:

*Ego scio eum.* Ergo a me quaerite, ut sciatis eum. Quare autem scio eum? *Quia ab ipso sum, et ipse me misit.* Magnifice utrumque monstravit.

*Ab ipso*, inquit, *sum*; quia Filius de Patre, et quidquid est Filius, de illo est cuius est Filius. Ideo Dominum Iesum dicimus Deum de Deo;

Patrem non dicimus Deum de Deo, sed tantum Deum: et dicimus Dominum Iesum Lumen de Lumine; Patrem non dicimus Lumen de Lumine, sed tantum Lumen. Ad hoc ergo pertinet, quod dixit: *Ab ipso sum*. Quod autem videtis me in carne, *ipse me misit*. Ubi audis, *ipse me misit*, noli intellegere naturae dissimilitudinem, sed generantis auctoritatem.

**Non sub fato Dominus natus est.**

**5.** *Quaerebant ergo eum apprehendere, et nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius*: hoc est, quia nolebat.

Quid est enim, *nondum venerat hora eius*? Non enim Dominus sub fato natus est. Hoc nec de te credendum est, nedum de illo per quem factus es. Si tua hora voluntas est illius; illius hora quae est, nisi voluntas sua? Non ergo horam dixit qua cogeretur mori, sed qua dignaretur occidi. Tempus enim exspectabat quo moreretur, quia et tempus exspectavit quo nasceretur. De hoc tempore Apostolus loquens, ait: *Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum*. Ideo multi dicunt: Quare non ante venit Christus? Quibus respondendum est, quia nondum venerat plenitudo temporis, moderante illo per quem facta sunt tempora: sciebat enim quando venire deberet. Primo per multam seriem temporum et annorum praedicendus fuit; non enim aliquid parvum venturum fuit: diu fuerat praedicendus, semper tenendus. Quanto maior iudex veniebat,

<sup>65</sup> Is 53, 8 NCEI traduce: “chi si affligge per la sua posterità?”, vedendo nelle “generatio” la sua discendenza e non la sua nascita, seguendo forse VulgN: “De generatione eius quis curabit?”. È indispensabile adottare una traduzione secondo Vulg.

<sup>66</sup> Gv 7, 28.

<sup>67</sup> Gv 7, 28; non ho trovato testimoni per “Quia”.

<sup>68</sup> Gv 1, 18 NCEI traduce: “Dio, nessuno lo ha mai visto: il Figlio unigenito, che è Dio ed è nel seno del Padre, è lui che lo ha rivelato.”, ampliando VulgN: “Deum nemo vidit unquam; unigenitus Deus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.”; in italiano adegua a Vulg.

<sup>69</sup> Lc 10, 22 Vulg.: “Et nemo scit quis sit Filius, nisi Pater: et quis sit Pater, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare.”. La citazione sembra essere più letterale se riferita a Mt 11, 27 Vulg.: “Et nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare.”. In italiano integro la traduzione d Lc.

<sup>70</sup> Gv 7, 29.

<sup>71</sup> Anche questo passo è citazione di Gv 7, 29.

<sup>72</sup> Gv 7, 30.

Magna igitur misericordia Domini nostri Jesu Christi, factum esse eum propter nos in tempore, per quem facta sunt tempora. Factum esse inter omnia, per quem facta sunt omnia: factum esse quod fecit. Factus est quod fecerat.

Factus est enim homo, qui hominem fecerat: ne periret quod fecerat.

Secundum hanc dispensationem jam venerat hora nativitatis, et natus erat; sed nondum venerat hora passionis: ideo nondum passus est,

quia necdum venerat hora in qua pati voluisset. Ideo in cruce legitur eum dixisse, cum omnia perfecta fuerunt secundum Scripturas Prophetarum, *Consummatum est; et inclinato capite tradidit spiritum* (Joan. XIX).

Dum vero voluit, consummata fuerunt quae de eo scripta sunt; et consummatis omnibus, potestate propria emisit spiritum.

*De turba autem multi crediderunt in eum.*<sup>73</sup> Humiles et pauperes salvos faciebat Dominus (*Psal. XXXIII*)<sup>74</sup>: principes insaniebant, et ideo medicum non solum non agnoscebant, sed etiam occidere cupiebant. Erat quaedam turba, quae suam aegritudinem cito vidit, et illius medicinam sine dilatione cognovit, quae commota miraculis credidit,

principibus in infidelitate manentibus. Ideo audita multitudinis fide murmurabant, quia Christus glorificabatur; et cito miserunt ministros ut eum comprehenderent: quem apprehendere non potuerunt, adhuc nolentem ut comprehenderetur; sed audierunt docentem, qui venerant, apprehendere.

*Dixit ergo Jesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum.*<sup>75</sup> Quod modo vultis facere, facturi estis, sed non modo. *Quod modo nolo, quare adhuc modo nolo?* quia adhuc modicum tempus vobiscum sum.

*Et tunc vado ad eum qui misit me.*<sup>76</sup> Implere debeo dispensationem meam, et sic pervenire ad passionem meam.

È dunque grande misericordia di nostro Signore Gesù Cristo, che per noi si sia fatto nel tempo, lui per mezzo del quale furono fatti i tempi. Che si sia fatto fra tutte le cose, lui per mezzo del quale è stato fatto tutto: che si sia fatto ciò che fece. Si è fatto ciò che aveva fatto. Infatti si è fatto uomo, lui che aveva fatto l'uomo: affinché non perisse ciò che aveva fatto.

Secondo questa economia già era venuta l'ora della nascita ed era nato; ma non era ancora venuta l'ora della passione: perciò non aveva ancora patito,

perché ancora non era venuta l'ora in cui avrebbe voluto patire. Pertanto si legge che in croce egli abbia detto, quando tutto fu fatto sino in fondo secondo le Scritture dei Profeti: «È compiuto!». *E, chinato il capo, consegnò lo spirito* (Gv 19, 30). Quando invero volle, fu compiuto ciò che di lui è scritto; e, compiuto tutto, per propria potestà emise lo spirito.

*Molti della folla invece credettero in lui.* Il Signore salvava gli umili e i poveri (cfr Sal 33, 7); I capi diventavano dissennati, e così non solo non riconoscevano il medico, ma anzi volevano ucciderlo. Ma c'era una parte della folla che riconobbe subito la propria malattia, e senza attendere riconobbe la medicina di quegli, e, toccata dai miracoli, credette,

mentre i capi permasero nell'infedeltà. Così, udita la fede della moltitudine, mormoravano perché Cristo era glorificato, e subito inviarono dei servi perché lo prendessero; e non lo poterono catturare, poiché ancora non voleva essere catturato; ma lo udirono insegnare, loro che erano venuti per prenderlo.

*Gesù disse: Ancora per poco tempo sono con voi.* Ciò che volete fare adesso, lo farete, ma non adesso. Questo adesso non voglio: perché sin'ora non voglio? perché *ancora per poco tempo sono con voi,*

*poi vado da colui che mi ha mandato.* Devo compiere la mia economia<sup>82</sup>, e pervenire così alla mia passione.

tanto praeconum longior series praecedebat. Denique ubi venit plenitudo temporis, venit et ille qui nos liberaret a tempore. Liberati enim a tempore, venturi sumus ad aeternitatem illam, ubi non est tempus: nec dicitur ibi: Quando veniet hora; dies est enim sempiternus, qui nec praeceditur hesterno, nec excluditur crastino. In hoc autem saeculo voluntur dies, et alii transeunt, et alii veniunt; nullus manet: et momenta quibus loquimur, invicem se expellunt, nec stat prima syllaba, ut sonare possit secunda. Ex quo loquimur aliquantum senuimus, et sine ulla dubitatione senior sum modo quam mane: ita nihil stat, nihil fixum manet in tempore. Amare itaque debemus per quem facta sunt tempora, ut liberemur a tempore, et figamur in aeternitate, ubi iam nulla est mutabilitas temporum.

Magna igitur misericordia Domini nostri Jesu Christi, factum esse eum propter nos in tempore, per quem facta sunt tempora; factum esse inter omnia, per quem facta sunt omnia: factum esse quod fecit. Factus est enim quod fecerat; factus est enim homo qui hominem fecerat, ne periret quod fecerat.

Secundum hanc dispensationem iam venerat hora nativitatis, et natus erat: sed nondum venerat hora passionis, ideo nondum passus erat.

**Abscessit potestate, qui non venerat necessitate.**

**6.** Denique ut noveritis non necessitatem, sed potestatem morientis: propter nonnullos hoc loquor, qui cum audierint, *nondum venit hora eius*, aedificantur ad credenda fata, et fiunt corda eorum fatua: ut ergo noveritis potestatem morientis, ipsam passionem recolite, crucifixum intuemini. Dixit in ligno pendens: *Sitio*. Illi hoc audito, in arundine per spongiam obtulerunt ei acetum in cruce: accepit, et ait: *Perfectum est*; et inclinato capite, reddidit spiritum. Videtis potestatem morientis, quia hoc exspectabat, donec omnia complerentur quae de illo praedicta fuerant ante mortem futura. Dixerat enim propheta: *Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto*. Exspectabat ut haec omnia complerentur: posteaquam completa sunt, dixit: *Perfectum est*; et abscessit potestate, quia non venerat necessitate. Ideo quidam plus mirati sunt istam potestatem morientis, quam potentiam miracula facientis. Ventum est enim ad crucem, ut corpora deponerentur de ligno, quoniam sabbatum illucescebat; et inventi sunt latrones viventes. Supplicium quippe crucis ideo durius erat, quia diutius cruciabat, et omnes crucifixi longa morte necabantur. Illi autem, ne remanerent in ligno, cruribus fractis coacti sunt mori, ut possent inde deponi. Dominus autem inventus est mortuus, et admirati sunt homines: et qui eum vivum contempserunt, mortuum sic admirati sunt, ut dicerent quidam: *Vere Filius Dei est hic*. Unde est et illud, fratres, ubi ait quaerentibus se: *Ego sum*; et illi retro redeuntes omnes ceciderunt. Erat ergo in illo potestas summa. Nec hora cogebatur mori; sed horam exspectabat, qua opportune fieret voluntas, non qua inviti impleteretur necessitas.

**7.** *De turba autem multi crediderunt in eum.* Humiles et pauperes salvos faciebat Dominus. Principes insaniebant; et ideo medicum non solum non agnoscebant, sed etiam occidere cupiebant. Erat quaedam turba quae suam aegritudinem cito vidit, et illius medicinam sine dilatione cognovit.

Videte quid sibi dixerit turba ipsa commota miraculis: *Numquid Christus cum venerit, plura signa factururus est?* Utique si duo non erunt, hic est. Crediderunt ergo in eum dicentes ista.

**8.** Principes vero illi audita multitudinis fide, et eo murmure quo Christus glorificabatur, *miserunt ministros, ut apprehenderent eum*. Quem apprehenderent? Adhuc nolentem? Quia ergo non poterant apprehendere nolentem, missi sunt ut audirent docentem. Quid docentem?

*Dicit ergo Jesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum.* Quod modo vultis facere, facturi estis, sed non modo; *quia modo nolo*. Quare adhuc modo nolo? Quia *adhuc modicum tempus vobiscum sum*:

*et tunc vado ad eum qui me misit.* Implere debeo dispensationem meam, et sic pervenire ad passionem meam.

**Visibilis carne, invisibilis maiestate.**

<sup>73</sup> Gv 7, 31.

<sup>74</sup> Ritengo si riferisca ai vv 7-8 o al 23.

<sup>75</sup> Gv 7, 33.

<sup>76</sup> Gv 7, 33.

<sup>82</sup> Tradurre così “dispensatio”, in questo caso, suona male; ma ho optato per questa soluzione perché nel commento “dispensatio” indica “l’economia della salvezza”, l’economia di Gesù, tutto quanto egli ha compiuto per salvarci. Sono tuttavia restio a specificare anche nel testo “economia della salvezza”, perché lo è per noi ma, visto con gli occhi di Cristo, non è certo per sé “della salvezza”. E qui sta parlando in prima persona. È un ambito della sua esistenza in cui ha compiuto determinate cose in vista di uno scopo. Insomma - lungi da me ogni irriverenza e al solo fine di mettere in evidenza la neutralità di “dispensatio” -, un qualcosa di non così diverso dal “piano industriale” di cui amiamo tanto servirci.

*Quaerētis me, et non inveniētis: et ubi sum ego, vos non potestis venire.*<sup>77</sup> Hic iam resurrectionem suam praedixit. Noluerunt enim agnoscere praesentem, et postea quaesierunt, cum viderent multitudinem iam credentem. Magna enim signa facta sunt, et iam Dominus resurrexit, et ascendit in coelum: tunc per discipulos facta sunt magna, sed ille per illos fecit, qui et per seipsum.

Ipsē quippe illis dixerat: *Sine me nihil potestis facere* (Joan. XV).

Quare non potuerunt venire? quia noluerunt credere: quia nullus sine fide salvari potest.

Dixerunt ergo Iudaei, non ad ipsum, sed ad semetipsos: *Quo hic iturus est, quia non inveniēmus eum? Numquid in dispersionem gentium iturus est, et docturus gentes?*<sup>78</sup> Non enim sciebant quod dixerunt: sed quia ille voluit, prophetaverunt. Iturus enim erat Dominus ad gentes, non praesentia corporis sui,

sed potestate divina in discipulis suis, de quibus dixit propheta: *Quam pulchri sunt pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona* (Isai. LII)<sup>79</sup>! In his pedibus Christus iturus erat ad gentes, et eas docturus gentes quae fidem acceperunt [F. acciperent], gentes quas Iudaei spreverunt, qui verum nescientes prophetaverunt, quia ignoraverant Christum dicentem:

*Et ubi ego sum, vos non potestis venire.*<sup>80</sup>

Quare non potestis venire? quia non vultis credere. Quid est quod dixit: *Ubi sum ego? nisi, in sinu Patris, consemperiternus Patri sum.* In terra loquebatur, sed in Patris sinu se esse monstrabat.

*Voi mi cercherete e non mi troverete; e dove sono io, voi non potete venire.* Qui già predisse la sua risurrezione. Non vollero infatti riconoscerlo presente, e poi lo cercarono, quando ebbero visto la folla già credere. Grandi prodigi infatti sono stati fatti, e già il Signore è risorto, e asceso al cielo; Grandi cose sono state fatte allora per mezzo dei discepoli; ma era lui a farle per mezzo loro, lui che anche da solo [aveva operato]. Proprio lui, che aveva detto loro: *Senza di me non potete far nulla* (Gv 15, 5).

Perché non poterono venire? perché non vollero credere; perché nessuno senza fede può essere salvato.

Dixerunt ergo Iudaei, non a lui, ma tra loro i Giudei: *Dove sta per andare costui, che noi non potremo trovarlo? Andrà forse da quelli che sono dispersi fra le genti e insegnerà alle genti?* Infatti non sapevano ciò che avevano detto; ma, poiché lo volle lui, profetarono. Il Signore infatti sarebbe andato alle genti, non con la presenza del suo corpo,

ma per la potestà divina nei suoi discepoli, dei quali il profeta disse: *Come sono belli [...] i piedi del messaggero che annuncia la pace, del messaggero di buone notizie* (Is 52, 7)! In questi piedi Cristo sarebbe andato alle genti, e avrebbe insegnato a quelle genti che avrebbero accolto la fede, genti che i Giudei avevano disprezzato, loro che avevano profetato il vero senza conoscerlo, perché avevano ignorato Cristo che dice: *e dove sono io, voi non potete venire.*

Perché non potete venire? perché non volete credere. Cosa significa *dove sono io?* se non, nel seno del Padre, sono consemperiterno al Padre. Parlava sulla terra, ma mostrava di essere *nel seno del Padre.*

*9. Quaerētis me, et non inveniētis; et ubi sum ego, vos non potestis venire.* Hic iam resurrectionem suam praedixit: noluerunt enim agnoscere praesentem, et postea quaesierunt, cum viderunt in eum multitudinem iam credentem. Magna enim signa facta sunt, etiam cum Dominus resurrexit, et ascendit in coelum. Tunc per discipulos facta sunt magna; sed ille per illos, qui et per seipsum: ipse quippe illis dixerat: *Sine me nihil potestis facere.*

Quando claudus ille qui sedebat ad portam, ad vocem Petri surrexit, et suis pedibus ambulavit, ita ut homines mirarentur, sic eos allocutus est Petrus, quia non in sua potestate ista fecit, sed in virtute illius quem ipsi occiderunt. Multi compuncti dixerunt: *Quid faciemus?* Viderunt enim se ingenti crimine impietatis astrictos, quando illum occiderunt, quem venerari et adorare debuerunt: et hoc putabant esse inexpiable. Magnum enim facinus erat, cuius consideratio illos faceret desperare: sed non debebant desperare, pro quibus in cruce pendens Dominus est dignatus orare. Dixerat enim: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Videbat quosdam suos inter multos alienos; illis iam petebat veniam, a quibus adhuc accipiebat iniuriam. Non enim attendebat quod ab ipsis moriebatur, sed quia pro ipsis moriebatur. Multum est quod illis concessum est, et ab ipsis, et pro ipsis; ut nemo de sui peccati dimissione desperet, quando illi veniam meruerunt, qui Christum occiderunt. Mortuus est Christus pro nobis; sed numquid a nobis? At vero illi viderunt Christum suo scelere morientem; et crediderunt in Christum suis sceleribus ignoscentem. Quousque biberent sanguinem quem fuderant, de sua salute desperaverunt. Ergo hoc dixit: *Quaerētis me, et non inveniētis; et ubi sum ego, vos non potestis venire:* quia quaesituri illum erant post resurrectionem compuncti. Nec dixit, ubi ero; sed, *ubi sum.* Semper enim ibi erat Christus, quo fuerat redditurus: sic enim venit, ut non recederet. Unde alio loco ait: *Nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, Filius hominis, qui est in coelo:* non dixit, qui fuit in coelo. In terra loquebatur, et in coelo se esse dicebat. Sic venit, ut inde non abscederet: sic rediit, ut nos non dereliqueret. Quid miramini? Deus hoc facit. Homo enim secundum corpus in loco est, et de loco migrat; et cum ad alium locum venerit, in eo loco unde venit non erit: Deus autem implet omnia, et ubique totus est; non secundum spatia tenetur locis. Erat tamen Dominus Christus secundum visibilem carnem in terra, secundum invisibilem maiestatem in coelo et in terra: ideo ait: *Ubi ego sum, vos non potestis venire.* Nec dixit, non poteritis; sed, *non potestis:* tales enim tunc erant qui non possent. Nam ut sciatis non hoc ad desperationem dictum, et discipulis suis dixit tale aliquid: *Quo ego vado, vos non potestis venire;* cum pro illis orans dixerit: *Pater, volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum.* Denique hoc Petro exposuit, et ait illi: *Quo ego vado, non potes me sequi modo; sequeris autem postea.*

*10. Dixerunt ergo Iudaei, non ad ipsum; sed, ad seipsos: Quo hic iturus est, quia non inveniēmus eum? numquid in dispersionem Gentium iturus est, et docturus gentes?* Non enim sciebant quod dixerunt; sed quia ille voluit, prophetaverunt. Iturus enim erat Dominus ad Gentes, non praesentia corporis sui,

sed tamen pedibus suis. Qui erant pedes eius? Quos pedes conculcare volebat persequendo Saulus, quando ei caput clamavit: *Saule, Saule, quid me persequeris? Quis est hic sermo, quem dixit: Quaerētis me, et non inveniētis;*

*et ubi ego sum, vos non potestis venire?*

Unde hoc dixit Dominus, nescierunt, et tamen aliquid quod futurum erat, nescientes praenuntiaverunt. Dixit enim hoc Dominus, quia locum, si tamen dicendus est locus, id est sinum Patris unde nunquam discedit unigenitus Filius, non illi noverant; nec cogitare idonei erant ubi erat Christus, unde non recessit Christus; quo redditurus erat Christus, ubi manebat Christus. Unde hoc cordi humano cogitare, nedum lingua explicare? Hoc ergo illi nullo modo intellexerunt; et tamen ex hac occasione salutem nostram praedixerunt, quod Dominus iturus esset ad dispersionem Gentium, et impleturus quod legebant et non intellegebant: *Populus quem non cognovi, servivit mihi, in obauditu auris obaudivit mihi.* Illi non audierunt in quorum oculis fuit; illi audierunt in quorum auribus sonuit.

<sup>77</sup> Gv 7, 34.

<sup>78</sup> Gv 7, 35. “Non ad ipsum” non è citazione, ma inserto; pertanto in italiano non lo evidenzio col corsivo. NCEI traduce: “...che sono dispersi fra i Greci e insegnerà ai Greci?”, seguendo VulgN; in italiano adeguo secondo Vulg.

<sup>79</sup> In realtà Rm 10, 15 Vulg.: “Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!”, che cita Is 52, 7 Vulg.: “Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et praedicantis pacem;”.

<sup>80</sup> Gv 7, 36 NCEI traduce: “e: “Dove sono io, voi non potete venire””; in italiano adeguo la punteggiatura secondo Vulg.

#### Inter caeteras dispensationes

Domini nostri, et doctrinas salutis nostrae, et dubitationes Iudaeorum de Domino Jesu Christo

quae dixit (*sic*), quibus alii confunderentur, alii docerentur, novissimo festivitatis illius die<sup>83</sup> (tunc enim ista agebantur) quae appellatur scenopegia, id est, tabernaculorum constructio, de qua festivitate jam meminit charitas vestra fuisse disertum, vocat Dominus Christus, et hoc non utcumque loquendo, sed clamando, ut qui sitit, veniat<sup>84</sup> ad eum. Sitimus? veniamus, non pedibus, sed affectibus: **ne** migrando, sed amando veniamus; quamquam interiorem hominem et qui amat, migrat; et aliud est migrare corpore, aliud corde. Migrat corpore, qui motu corporis mutat locum; migrat corde, qui motu cordis mutat affectum. Si aliud amas, aliud amabas, non ibi es ubi eras.

Clamabat ergo nobis Dominus: stabat enim, et clamabat:

*Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vivae.*<sup>85</sup> Quid hoc esset, quando evangelista exposuit, immorari non debemus. Unde enim dixerit Dominus: *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat; et, Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquae vivae:* consequenter exposuit evangelista, dicens:

<sup>83</sup> Cfr Gv 7, 37.

<sup>84</sup> Ap 22, 17.

<sup>85</sup> Gv 7, 37-38 Vulg.: “In novissimo autem die magno festivitatis stabat Jesus, et clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me et bibat. ...”. Poiché “stabat” e “clamat” sono i verbi che contraddistinguono la prima parte del v. 37, li evidenzio col corsivo.

<sup>96</sup> Questo passo di Agostino viene ripreso testualmente da Beda più oltre, nel passo affiancato a questo stesso tractatus 32 al §7; evidenziato pari colore.

#### Cruce semen unde alia messis consurgit.

11. Illius enim Ecclesiae venturae de Gentibus typum gerebat mulier quae fluxum sanguinis patiebatur: tangebatur, et non videbatur; nesciebatur, et sanabatur. Figura quippe erat, quod Dominus interrogavit: *Quis me tetigit?* Quasi ignorans ignoratam sanavit: sic fecit et Gentibus. Non eum didicimus in carne, et meruimus carnem eius manducare, et in carne eius membra esse. Quare? Quia misit ad nos. Quos? Praecones suos, discipulos suos, servos suos, redemptos suos quos creavit, sed quos et redemit fratres suos: totum parum dixi: membra sua, seipsum; misit enim ad nos membra sua, et fecit nos membra sua. Tamen secundum speciem corporis quam Iudaei viderunt et contempserunt, non apud nos fuit Christus: quia et hoc de illo dictum erat, sicut et Apostolus dicit: *Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum.* Ad illos debuit venire, a quorum patribus et quorum patribus est promissus: ideo et ipse sic ait: *Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israel.* Sed quid dicit Apostolus in sequenti? *Gentes autem super misericordia glorificare Deum.* Quid et ipse Dominus? *Habeo alias oves quae non sunt ex hoc ovili.* Qui dixerat: *Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israel;* quomodo habet alias oves ad quas non est missus, nisi quia significavit praesentiam corporalem non se missum exhibere nisi solis Iudaeis, qui viderunt et occiderunt? Et multi tamen inde et antea et postea crediderunt. Messis prima de cruce ventilata est, ut esset semen unde alia messis consurgeret. Nunc vero cum fama Evangelii et bono eius odore excitati credunt fideles eius per omnes gentes, erit exspectatio gentium, quando veniat qui iam venit; quando ab omnibus videatur, qui tunc a quibusdam visus non est, a quibusdam visus est; quando veniat iudicaturus qui venit iudicandus; quando veniat discreturus, qui venit ut non discernetur. Non enim ab impiis Christus est discretus, sed cum impiis iudicatus: de illo enim dictum est: *Inter iniquos reputatus est.* Latro evasit: Christus damnatus est. Accepit indulgentiam criminis, damnatus est qui omnium crimina confitentium relaxavit. Tamen et ipsa crux, si attendas, tribunal fuit: in medio enim iudice constituto, unus latro qui credidit liberatus, alter qui insultavit damnatus est. Iam significabat quod facturus est de vivis et mortuis; alios positurus ad dexteram, alios ad sinistram: similis ille latro futuris ad sinistram, similis alter futuris ad dexteram. Iudicabatur, et iudicium minabatur.

#### TRACTATUS XXXII

#### | OMELIA 32

*Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum (Io 7, 37-39).*

Accipimus et nos Spiritum Sanctum, si amamus ecclesiam, si caritate compaginamur, si catholico nomine et fide gaudemus. Credamus, fratres, quantum quisque amat ecclesiam Christi, tantum habet Spiritum Sanctum.<sup>96</sup>

**Si sitimus veniamus, amando veniamus.**

#### 1. Inter dissensiones

et dubitationes Iudaeorum de Domino Iesu Christo,

inter caetera

quae dixit, quibus alii confunderentur, alii docerentur;

*novissimo illius festivitatis die* (tunc enim ista agebantur), quae appellatur Scenopegia, id est tabernaculorum constructio, de qua festivitate iam antea meminit Caritas vestra fuisse disertum, vocat Dominus Iesus Christus, et hoc non utcumque loquendo, sed clamando, ut qui sitit veniat ad eum. **Si** sitimus, veniamus; **et** non pedibus, sed affectibus; **nec** migrando, sed amando veniamus. Quamquam secundum interiorem hominem, et qui amat migrat. Et aliud est migrare corpore, aliud corde: migrat corpore qui motu corporis mutat locum; migrat corde, qui motu cordis mutat affectum. Si aliud amas, aliud amabas, non ibi es ubi eras.

2. Clamat ergo nobis Dominus: *Stabat enim, et clamabat:*

*Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vivae.* Quid hoc esset, quando Evangelista exposuit, immorari non debemus. Unde enim dixerit Dominus: *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat, et: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquae vivae;* consequenter exposuit Evangelista, dicens:

*Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum.*<sup>86</sup>  
Hoc tantum sciamus, quia de charitate hoc clamabat Dominus Jesus.

Clamat ergo, **et dicit** ut veniamus, et bibamus, si intus sitiamus, quia cum biberimus, flumina aquae vivae fluent de ventre nostro. Venter interioris hominis, conscientia cordis ejus. Bibito ergo isto liquore, **reviviscit** purgata conscientia; et hauriens fontem habebit: ipsa etiam fons erit. Quid est fons, **vel** quid est fluvius, qui manat de ventre hominis? Benevolentia, qua vult consulere proximo. Si enim putet quia quod **sibi** bibit, **sufficit**, **arescit**, et non fluit aqua viva de ventre ejus. Si autem proximo festinat consulere, ideo non **siccatur**, quia manat. Videamus **quidnam** sit quod bibunt qui credunt in **Deum**: quia utique **si** Christiani sumus, et credimus, bibimus; et unusquisque in **se** debet **cognoscere** si bibit: **ut si bibit, fluat** ex eo quod bibit. Non enim nos deseret fons, si non deseramus fontem. Exposuit evangelista, **et dixit** unde Dominus clamasset, ad qualem potum invitasset, quid bibentibus propinasset, dicens: *Hoc autem dicebat de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum.* *Nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum fuerat glorificatus.*<sup>87</sup> Quem dicit Spiritum, nisi sanctum? Spiritum namque unusquisque homo habet in se, proprium spiritum, id est, animum. Animus enim cujusque, ejus est spiritus, de quo dicit Paulus apostolus: *Quis enim scit hominum quae sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est (I Cor. II)?*

*Questo egli disse dello Spirito che avrebbero ricevuto i credenti in lui.*  
Sappiamo solo questo: che il Signore Gesù gridò ciò a proposito della carità.

Grida dunque, e ci dice di andare [a lui], e di bere, se interiormente abbiamo sete; perché, se berremo, fiumi di acqua viva scorreranno dal nostro grembo. Grembo dell'uomo interiore è la coscienza del suo cuore. Bevuto dunque questo liquido, la coscienza purificata si ravviva; e, assetata, disporrà della fonte: essa stessa sarà la fonte. Cosa è la fonte, o: cos'è questo fiume che scaturisce dal grembo dell'uomo? Benevolenza, grazie alla quale vuole prendersi cura del prossimo. Se infatti dovesse pensare che ciò che beve serve per sé, inaridisce, e dal suo grembo non fluisce l'acqua viva. Se invece si affretta a prendersi cura del prossimo, allora non si secca perché effonde. Vediamo cosa mai sia ciò che bevono quelli che credono in Dio; perché, di certo, se siamo Cristiani, e crediamo, beviamo; e ciascuno in sé deve sapere se beve: così che, se beve, fluisca da lui ciò che beve. Infatti la fonte non ci abbandonerà, se non abbandoniamo la fonte. L'evangelista ci ha spiegato, e ha detto il motivo per cui il Signore abbia gridato, a quale fonte abbia invitato, cosa abbia offerto a chi beveva, dicendo: *Questo egli disse dello Spirito che avrebbero ricevuto i credenti in lui:* *infatti non [...] era ancora [dato] lo Spirito, perché Gesù non era ancora stato glorificato.* Di quale Spirito parla, di quello santo? Ogni uomo, infatti, ha in sé il proprio spirito, cioè l'anima. L'anima di ciascuno è il suo spirito, del quale l'apostolo Paolo dice: *Chi infatti conosce i segreti dell'uomo se non lo spirito dell'uomo che è in lui (I Cor 2, 11)?*

*Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum.*  
*Nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus.* Est ergo sitis interior et venter interior, quia est homo interior. Et ille quidem interior invisibilis, exterior autem visibilis: sed melior interior quam exterior. Et quod non videtur, hoc plus amatur: constat enim plus amari hominem interiorem quam exteriorem. Unde hoc constat? Unusquisque in seipso probet. Quamvis enim qui male vivunt, animos suos corpori addicant; vivere tamen volunt, quod non est nisi animi, magisque seipsum indicant qui regunt, quam illa quae reguntur. Regunt enim animi, reguntur corpora. Gaudet quisque voluptate, et capit de corpore voluptatem: sed separa animum, nihil restat in corpore quod gaudeat; et si de corpore gaudet, animus gaudet. Si gaudet de domo sua, de se non debet gaudere? et si habet animus unde oblectetur extrinsecus, sine deliciis manet intrinsecus? Omnino constat plus amare hominem animam suam quam corpus suum. Sed et in alio homine plus amat homo animam quam corpus. Quid enim amatur in amico, ubi est amor sincerior et castior? Quid amatur in amico; animus, an corpus? Si fides amatur, animus amatur: si benevolentia amatur, benevolentiae sedes animus est: si hoc amas in altero, quia et ipse amat te, animum amas; quia non caro, sed animus amat. Ideo enim amas, quia te amat: quaere unde te amet, et vide quid amet. Pius ergo amatur, et non videtur. **3.** Aliquid etiam volo dicere, ubi magis appareat Dilectioni vestrae quantum ametur animus, et quemadmodum corpori praeponatur. Illi ipsi lascivi amatores, qui pulchritudine corporum delectantur, et forma membrorum accenduntur, tunc amant amplius quando amantur. Nam si amet et sentiat quia odio habetur, magis irascitur quam diligit. Quare magis irascitur quam diligit? Quia non ei redditur quod impendit. Si ergo ipsi corporum amatores redamari se volunt, et hoc eos magis delectat si amentur; quales sunt amatores animorum? Et si magni sunt amatores animorum, quales sunt amatores Dei, qui pulchros animos facit? Sicut enim animus facit decus in corpore, sic Deus in animo. Non enim facit corpori unde ametur nisi animus: qui cum migraverit, cadaver horrescis; et quantumcumque pulchra illa membra dilexeris, sepelire festinas. Decus ergo corporis, animus: decus animi, Deus. **Non nos deserit fons, si non deseramus fontem.** **4.** Clamat ergo **Dominus** ut veniamus et bibamus, **et dicit** quia cum biberimus, flumina aquae vivae fluent de ventre nostro. Venter interioris hominis conscientia cordis est. Bibito ergo isto liquore **vivescit** purgata conscientia; et hauriens, fontem habebit; etiam ipsa fons erit. Quid est fons, **et** quid est fluvius qui manat de ventre interioris hominis? Benevolentia, qua vult consulere proximo. Si enim putet quia quod bibit **soli ipsi** debet **sufficere**; non fluit aqua viva de ventre eius: si autem proximo festinat consulere; ideo non **siccatur**, quia manat. Videbimus **nunc** quid sit quod bibunt, qui credunt in **Domino**; quia utique Christiani sumus, et si credimus, bibimus. Et unusquisque in **seipso** debet **agnoscere** si bibit, **et si vivit** ex eo quod bibit: non enim nos deserit fons, si non deseramus fontem. **5.** Exposuit Evangelista, **ut dixi**, unde Dominus clamasset, ad qualem potum invitasset, quid bibentibus propinasset, dicens: *Hoc autem dicebat de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum.* *Nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus.* Quem dicit Spiritum, nisi sanctum Spiritum? Nam unusquisque homo habet in se proprium spiritum, de quo loquebar cum animum commendarem. Animus enim cuiusque, **proprius** est spiritus eius: de quo dicit Paulus apostolus: *Quis enim scit hominum quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est?* deinde adiunxit: *Sic et quae Dei sunt, nemo scit, nisi Spiritus Dei.* Nostra nemo scit, nisi spiritus noster. Non enim novi quid cogitas, aut tu quid cogito: ipsa enim sunt propria nostra, quae interius cogitamus; et cogitationum uniuscuiusque hominis ipsius spiritus testis est. *Sic et quae Dei sunt, nemo scit, nisi Spiritus Dei.* Nos cum spiritu nostro, Deus cum suo: ita tamen ut Deus cum suo Spiritu sciat etiam quid agatur in nobis; nos autem sine eius Spiritu scire non possumus quid agatur in Deo. Deus autem scit in nobis et quod ipsi nescimus in nobis. Nam infirmitatem suam Petrus nesciebat,

<sup>86</sup> Gv 7, 39.

<sup>87</sup> Gv 7, 39 Vulg.: “Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus.”; VL: “Hoc autem dicebat de Spiritu, quem incipiebant accipere credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum fuerat clarificatus.”; Sabatier in nota: “Cantabrig. *Hoc autem dixit de Spir. quem accepturi erant ... nondum enim erat Spiritus sanctus in eos, quoniam Jesus nondum fuerat honoratus.* Caeteri cum Vulgata concordant, nisi quod. Fossat, S. Mart. & Germ. hab. *nondum fuerat glorificatus.* [Gaudent. Brix. p. 956. b. *quia Jesus nondum fuerat glorificatus.*”. NCEI, seguendo VulgN, traduce: “infatti non vi era ancora lo Spirito, ...”; viene integrata su Vulg.

Sed quid est quod ait: *Nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus?*

Numquid non Spiritus fuit in sanctis Dei prophetis et patriarchis, qui multa per Spiritum sanctum futura praedixerunt?

Igitur et Elizabeth legitur Spiritu sancto repleta esse<sup>88</sup>, et de Zacharia similiter, dicente evangelista: *Et Zacharias pater ejus repletus est Spiritu sancto, et prophetavit, dicens (Luc. I). Quid est quod dicit: Spiritus sanctus necdum fuerat datus?*

Multa enim indicia praecedentis Spiritus sancti habemus, antequam Dominus glorificaretur resurrectione carnis suae; non enim alium spiritum etiam prophetae habuerunt, qui Christum venturum praenuntiaverunt. Sed modus quidam futurus erat donationis hujus, qui omnino antea non apparuerat.

De ipso hic dicitur: nusquam enim legimus antea congregatos homines accepto Spiritu sancto linguis omnium gentium locutos fuisse (*Actor. II*).

Post resurrectionem autem suam primum, quando apparuit discipulis suis, dixit illis: *Accipite Spiritum sanctum.*<sup>89</sup> De hoc ergo dictum est: *Nondum erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus; et inflavit in faciem eorum (Joan. XX)*<sup>90</sup>, quo flatu primum hominem quem fecit, vivificavit, et de limo erexit: quo flatu animam membris ejus dedit (*Gen. II*).

Significans enim eundem esse Spiritum quem insufflavit in faciem eorum, ut a luto exurgerent, et luteis operibus renuntiarent, tunc primum post resurrectionem suam Dominus (quam dicit Evangelista (*Joan. XX*), *glorificationem*) dedit discipulis suis Spiritum sanctum, deinde commoratus cum eis quadraginta diebus,

ut liber Actuum apostolorum demonstrat, ipsis videntibus, et videndo deducuntibus, ascendit in coelum (*Actor. I*). Ibi peractis decem diebus, die Pentecostes, misit desuper Spiritum sanctum, qui, sicut dixi, fuerant uno in loco congregati; quo accepto, omnium gentium linguis locuti sunt (*Actor. II*).

Quaeret aliquis forsitan, baptizati in Christo, et in charitate praeceptorum ejus viventes, quare omnium gentium linguis non loquantur, dum certum est Spiritum sanctum eos accepisse? **Quia ipsa Ecclesia quae est corpus Christi, omnium gentium linguis loquitur: quod tunc in primitiva Ecclesia praesignatum est, quae in Judaea una tantummodo gente initiata est, nunc vero ex omnibus gentibus congregata. Quomodo vero unus tunc homo loquebatur linguis, ita modo unitas sanctae Ecclesiae omnibus loquitur linguis.**

Accipimus ergo et nos Spiritum sanctum, si amamus Ecclesiam, si charitate compaginamur, si catholico nomine et fide gaudemus. Igitur quantum quisque amat Ecclesiam Christi, tantum habet Spiritum sanctum.<sup>91</sup>

Ma cosa significa ciò che dice: *infatti non [...] era ancora [dato] lo Spirito, perché Gesù non era ancora stato glorificato.?*

Forse che lo Spirito non fu nei santi profeti di Dio e nei patriarchi, che predissero molte cose future grazie allo Spirito santo?

Si legge poi che anche Elisabetta fu colmata di Spirito santo, e similmente anche Zaccaria, come dice l'evangelista: *Zaccaria, suo padre, fu colmato di Spirito Santo e profetò dicendo (Lc 1, 67). Cosa significa ciò che dice: non [...] era ancora [stato dato] lo Spirito santo?*

Sicché abbiamo molti indizi del precedente Spirito Santo, prima che il Signore fosse glorificato mediante la risurrezione della sua carne; infatti anche i profeti, che preannunciarono che Cristo sarebbe venuto, non ebbero altro spirito. Ma doveva [ancora] esserci quel certo modo della sua donazione che in precedenza certo non era comparso. Di questo si dice qui: Prima, infatti, in nessuna parte leggiamo che degli uomini, ricevuto lo Spirito Santo, abbiano parlato nelle lingue di tutte le genti (cfr At 2, 6). Dopo la sua risurrezione, invece, quando per la prima volta apparve ai suoi discepoli, disse loro: *Ricevete lo Spirito Santo*. In riferimento a ciò dunque viene detto: *infatti non [...] era ancora [dato] lo Spirito, perché Gesù non era ancora stato glorificato (Gv 7, 39)*; con questo soffio vivificò il primo uomo che fece, e che cavò dal fango: con questo soffio diede l'anima alle sue membra (cfr Gn 2, 7). Così mostrava che era il medesimo Spirito che [egli] alitò loro in faccia, perché si levassero dal fango, e rinunziassero alle opere di fango; allora per la prima volta il Signore, dopo la sua risurrezione (che l'evangelista chiama (Gv 7, 39)<sup>93</sup> *glorificazione*), donò ai suoi discepoli lo Spirito Santo, poi, dopo essere stato con essi quaranta giorni, come attesta il libro degli Atti degli Apostoli, al loro cospetto, mentre lo seguivano con lo sguardo, salì al cielo (cfr At 1, 3, 9). Trascorsi poi dieci giorni, nel giorno di Pentecoste, mandò su di essi lo Spirito santo; essi, come ho detto, quanti erano riuniti nel medesimo luogo; ricevutolo, parlarono nelle lingue di tutte le genti (cfr At 2, 1-11).

Forse qualcuno si chiede: i battezzati in Cristo, e viventi nella carità dei suoi precetti, perché non parlano nelle lingue di tutte le genti, dte che è certo che abbiano ricevuto lo Spirito santo? Perché la Chiesa stessa, che è il corpo di Cristo, parla le lingue di tutte le genti; cosa che allora ha contraddistinto la Chiesa primitiva, che ha avuto inizio solamente dall'unica gente Giudea, ora invece è raccolta da tutte le genti. Come allora un solo uomo parlava le lingue, così ora l'unità della santa Chiesa parla in tutte le lingue.

Riceviamo dunque anche noi lo Spirito santo, se amiamo la Chiesa, se ci raccogliamo nella carità, se gioiamo del nome e della fede cattolici. Pertanto quanto ciascuno ama la Chiesa di Cristo, altrettanto ha lo Spirito santo.

quando a Domino quod ter esset negaturus audiebat, et aeger se ignorabat; medicus aegrum sciebat. Sunt ergo quaedam quae Deus novit in nobis, nescientibus nobis. Tamen quantum ad homines pertinet, nemo sic se novit quomodo ipse homo: alius nescit quid in illo agatur, sed spiritus eius novit. Accepto autem Spiritu Dei, discimus et quid agatur in Deo: non totum, quia non accepimus totum. De pignore multa novimus: pignus enim accepimus, et huius pignoris plenitudo postea dabitur. Interim in hac peregrinatione pignus nos consoletur, quia qui nos dignatus est oppignerare, multum paratus est dare. Si talis est arrha, quid est cuius est arrha?

6. Sed quid est quod ait: *Non enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus?*

In evidenti est intellectus. Non enim non erat Spiritus Dei, qui erat apud Deum; sed nondum erat in eis qui crediderant in Iesum. Ita enim disposuit Dominus Iesus non eis dare Spiritum istum de quo loquimur, nisi post resurrectionem suam; et hoc non sine causa. Et forte si quaeramus, annuet ut inveniamus; et si pulsemus, aperiet ut intremus. Pietas pulsat, non manus: quamquam pulsat et manus, si ab operibus misericordiae non cesset manus. Quae igitur causa est cur Dominus Iesus Christus statuerit nonnisi cum esset glorificatus, dare Spiritum sanctum? Quod antequam dicamus ut possumus, prius quaerendum est, ne quem forte moveat, quomodo nondum erat Spiritus in hominibus sanctis, cum de ipso Domino recens nato legatur in Evangelio, quod cum in Spiritu sancto agnovit Simeon, agnovit etiam Anna vidua prophetissa; agnovit Ioannes ipse, qui eum baptizavit: impletus Spiritu sancto Zacharias multa dixit; Spiritum sanctum ipsa Maria, ut Dominum conciperet, accepit.

Multa ergo indicia praecedentia Spiritus sancti habemus, antequam Dominus glorificaretur resurrectione carnis suae. Non enim alium spiritum etiam Prophetae habuerunt, qui Christum venturum praenuntiaverunt. Sed modus quidam futurus erat dationis huius, qui omnino antea non apparuerat:

de ipso hic dicitur. Nusquam enim legimus antea congregatos homines accepto Spiritu sancto, linguis omnium gentium locutos fuisse.

Post resurrectionem autem suam, primum quando apparuit discipulis suis, dixit illis: *Accipite Spiritum sanctum*. De hoc ergo dictum est: *Non erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus. Et insufflavit in faciem eorum, qui flatu primum hominem vivificavit, et de limo erexit,*

quo flatu animam membris dedit; significans eum se esse qui insufflavit in faciem eorum, ut a luto exurgerent, et luteis operibus renuntiarent. Tunc primum post resurrectionem suam Dominus, quam dicit Evangelista glorificationem, dedit discipulis suis Spiritum sanctum. Deinde commoratus cum eis quadraginta dies,

ut liber Actuum Apostolorum demonstrat, ipsis videntibus, et videndo deducuntibus, ascendit in coelum. Ibi peractis decem diebus, die Pentecostes misit desuper Spiritum sanctum. Quo, sicut dixi, qui fuerant in uno loco congregati, accepto impleti, omnium gentium linguis locuti sunt.

7. Quid ergo, fratres, quia modo qui baptizatur in Christo, et credit in Christum, non loquitur omnium gentium linguis, non est credendus accepisse Spiritum Sanctum? Absit ut ista perfidia tentatur cor nostrum. Certi sumus omnem hominem accipere: sed quantum vas fidei attulerit ad fontem, tantum implet. Cum ergo et modo accipiatur, dixerit aliquis, quare nemo loquitur linguis omnium gentium? **Quia iam ipsa Ecclesia linguis omnium gentium loquitur.** Antea in una gente erat Ecclesia, ubi omnium linguis loquebatur. Loquendo linguis omnium, significabat futurum ut crescendo per gentes, loqueretur linguis omnium.

In hac Ecclesia qui non est, nec modo accipit Spiritum sanctum. Praecisus enim et divisus ab unitate membrorum, quae unitas linguis omnium loquitur, renuntiet sibi; non habet. Nam si habet, det signum quod tunc dabatur. Quid est, det signum quod tunc dabatur? Loquatur omnibus linguis. Respondet mihi: Quid enim, tu loqueris omnibus linguis? Loquor plane, quia omnis lingua mea est, id est, eius corporis cuius membrum

<sup>88</sup> Cfr Lc 1, 41 Vug.: "et repleta est Spiritu sancto Elisabeth:".

<sup>89</sup> Gv 20, 22.

<sup>90</sup> Gv 20 si riferisce alla citazione precedente, come evidenziato in nota; qui si tratta di Gv 7, 39.

<sup>91</sup> Questo passo di Beda è ripreso testualmente da questo stesso tractatus 32 di Agostino, proprio all'inizio; evidenziato pari colore.

<sup>93</sup> Al cap. 20 non mi pare venga usato questo termine; perciò ho indicato Gv 7, 39, ma potrebbe anche essere 12, 16 o 13, 32

Habemus ergo Spiritum sanctum, si amamus Ecclesiam; amamus autem, si in ejus compage et charitate consistimus, quam Apostolus omnibus virtutibus fiducialiter praeposuit (I Cor. XIII).

Quicumque ipsam habet, cuncta habebit bona: quia sine illa nihil proderit quidquid habere potuerit homo: de qua beatus Jacobus apostolus ait: *Qui autem offenderit in uno, factus est omnium reus* (Jacob. II)<sup>92</sup>. De hac etiam ipsa Veritas ait: *In hoc enim cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem* (Joan. XIII).

Abbiamo dunque lo Spirito santo, se amiamo la Chiesa; ma amiamo se rimaniamo nel suo organismo<sup>94</sup> e carità, che l'Apostolo ha posto con fiducia al di sopra di tutte le virtù (cfr I Cor 13, 13)<sup>95</sup>.

Chiunque la possiede, ha insieme tutti i beni; perché senza di essa a nulla gioverebbe tutto ciò che un uomo possa avere; di essa il beato apostolo Giacomo disse: *chi [...] trasgredisca anche in un punto solo, diventa colpevole di tutto* (Gc 2, 10). Di ciò anche la stessa Verità disse: *Da questo tutti sapranno che siete miei discepoli: se avete amore gli uni per gli altri* (Gv 13, 35).

sum. **Diffusa Ecclesia per gentes loquitur omnibus linguis; Ecclesia est corpus Christi,** in hoc corpore membrum es: cum ergo membrum sis eius corporis quod loquitur omnibus linguis, crede te loqui omnibus linguis. Unitas enim membrorum caritate concordat; et ipsa unitas loquitur quomodo tunc unus homo loquebatur.

**Si amas unitatem, etiam tibi habet quisquis in illa habet aliquid.**

**8.** Accipimus ergo et nos Spiritum sanctum, si amamus Ecclesiam, si caritate compaginamur, si catholico nomine et fide gaudemus. Credamus, fratres; quantum quisque amat Ecclesiam Christi, tantum habet Spiritum sanctum. Datus est enim Spiritus, sicut Apostolus dicit, *ad manifestationem*. Quam manifestationem? Sicut ipse idem dicit: *Quia alii datur per Spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem Spiritum, alii fides in eodem Spiritu, alii donatio curationum in uno Spiritu, alii operatio virtutum in eodem Spiritu*. Multa enim dantur ad manifestationem, sed tu forsitan eorum omnium quae dixi nihil habes. Si amas, non nihil habes: si enim amas unitatem, etiam tibi habet quisquis in illa habet aliquid. Tolle invidiam, et tuum est quod habeo: tollam invidiam, et meum est quod habes. Livor separat, sanitas iungit. Oculus solus videt in corpore: sed numquid soli sibi oculus videt? Et manui videt, et pedi videt, et caeteris membris videt: non enim si aliquis ictus in pedem veniat, avertit se oculus inde ut non praecaveat. Rursus sola manus operatur in corpore; sed numquid sibi soli operatur? Et oculo operatur; nam si ictus aliquis veniens non eat in manum, sed tantum in faciem, numquid dicit manus: Non me moveo, quia non tendit ad me? Sic pes ambulando omnibus membris militat: membra caetera tacent, et lingua omnibus loquitur.

Habemus ergo Spiritum Sanctum, si amamus Ecclesiam: amamus autem, si in eius compage et caritate consistimus.

Nam ipse Apostolus cum dixisset diversa dona dari diversis hominibus, tamquam officia quorumque membrorum: *Adhuc, inquit, supereminentiorem viam vobis demonstro*, et cepit loqui de caritate. Praeposuit eam linguis hominum et Angelorum, praeposuit miraculis fidei, praeposuit scientiae et prophetiae, praeposuit etiam illi magno operi misericordiae,

quo sua quae possidet distribuit quisque pauperibus; et ad extremum praeposuit eam etiam corporis passioni: his omnibus tam magnis rebus praeposuit caritatem.

Ipsam habeto, et cuncta habebis: quia sine illa nihil proderit, quidquid habere potueris.

Quia vero ad Spiritum sanctum pertinet caritas de qua loquimur (quaestio enim modo in Evangelio de Spiritu sancto retractatur), audi Apostolum dicentem: *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*.<sup>9</sup> Quare ergo Dominus Spiritum, cuius maxima beneficia sunt in nobis, quia caritas Dei per ipsum diffusa est in cordibus nostris, post resurrectionem suam dare voluit? quid significavit? Ut in resurrectione nostra caritas nostra flagret, et ab amore saeculi separet, ut tota currat in Deum. Hic enim nascimur et morimur, hoc non amemus: caritate migremus, caritate sursum habitemus, caritate illa qua diligimus Deum. Nihil aliud in hac vitae nostrae peregrinatione meditemur, nisi quia et hic non semper erimus, et ibi nobis locum bene vivendo praeparabimus, unde nunquam migremus. Dominus enim noster Iesus Christus, posteaquam resurrexit, *iam non moritur; mors illi ultra*, sicut Apostolus dicit, *non dominabitur*. Ecce quod amemus. Si vivimus, si in ipsum credimus qui resurrexit; dabit nobis, non quod hic amant homines qui Deum non amant, aut tanto plus amant, quanto illum minus amant: tanto autem hoc minus amant, quanto illum plus amant. Sed videamus quid nobis promisit: non divitias terrenas et temporales, non honores et potestates in saeculo isto; videtis enim omnia haec dari et hominibus malis, ne magnipendantur a bonis. Non ipsam postremo corporis sanitatem: non quia ipse illam non dat, sed quia, ut videtis, et pecoribus dat. Non vitam longam. Quid est enim longum quod aliquando finitur? Non pro magno nobis credentibus promisit longaevitatem, aut decrepitem senectutem; quam omnes optant antequam veniat, omnes de illa cum venerit murmurant. Non pulchritudinem corporis, quam vel corporis morbus, vel ipsa senectus quae optatur exterminat. Vult esse pulcher, et vult esse senex: ista duo desideria sibi invicem concordare non possunt: si senex eris, pulcher non eris: quando senectus venerit, pulchritudo fugiet; et in uno habitare non possunt vigor pulchritudinis, et gemitus senectutis. Omnia ergo ista non nobis promisit, qui dixit: *Qui credit in me, veniat, et bibat; et flumina de ventre eius fluent aquae vitae*. Vitam

<sup>92</sup> Gc 2, 10 Vulg.: “Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.”;

<sup>94</sup> Ritengo che con “compages” voglia riferirsi alla connessione / unità organica di un corpo: la Chiesa, corpo di Cristo.

<sup>95</sup> Ma cfr l'intero cap. 13 e anche il 14.

Cum ergo haec loquebatur

Christus in die novissimo festivitatis, quae modo proposuimus, et ut potuimus tractavimus,

nata est de illo in turba dissensio, aliis putantibus quod ipse esset Christus, aliis dicentibus, *quia de Galilaea non exsurget Christus*<sup>97</sup>. Qui vero missi fuerant ut eum tenerent, redierunt immunes a crimine, et pleni admirationis. Nam et testimonium perhibuerunt divinae doctrinae ejus, cum dicerent **ii** a quibus missi erant:

*Quare non adduxistis eum?*<sup>98</sup> Responderunt enim, nunquam se audisse hominem sic locutum. Non enim quisquam sic loquitur homo<sup>99</sup>: ille autem sic locutus est, quia Deus erat et homo; tamen Pharisei, testimonium eorum repellentes, dixerunt eis: *Numquid et vos seducti estis?*<sup>100</sup> Videmus enim delectatos vos esse sermonibus illius.

*Numquid aliquis de principibus credidit in eum, aut ex Phariseis? Sed turba haec quae non novit legem, maledicti sunt.*<sup>101</sup> Qui non noverant legem, ipsi credebant in eum;

et eum qui miserat legem contemnebant qui docebant legem, ut impleretur quod dixerat ipse Dominus: *Ego veni ut non videntes videant, et videntes caeci fiant* (Marc. IV)<sup>102</sup>. Caeci enim facti sunt Pharisei doctores, illuminati sunt populi legem nescientes, et in auctorem legis credentes.

Nicodemus tamen unus ex Phariseis<sup>103</sup>, qui ad Dominum nocte venerat, et ipse quidem non incredulus, sed timidus (nam ideo et nocte venerat ad lucem, quia illuminari volebat, et sciri timebat) respondit Judeis:

*Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi audierit ab ipso prius, et cognoverit quid faciat?*<sup>104</sup> Volebant enim illi perversi ante esse damnatores, quam cognitores. Sciebat autem Nicodemus, vel potius credebat, quia si tantummodo eum patienter vellent audire, forte similes fierent illis qui missi sunt tenere **eum**, et maluerunt credere illi, quam tenere illum.

*Responderunt ergo ei.*<sup>105</sup> Ex praeiudicio cordis sui quod et illis:

*Nunquid et tu Galilaeus es?*<sup>106</sup> Id est, quasi a Galilaeo seductus? Dominus enim

Quando dunque Cristo nell’ultimo giorno della festa diceva queste cose, che ora abbiamo proposto e che abbiamo trattato come abbiamo potuto,

nacque tra la folla un forte dissenso intorno a lui; poiché alcuni reputavano che egli era il Cristo, e altri dicevano *che il Cristo non sorge dalla Galilea*. Coloro poi che erano stati mandati ad arrestarlo, ritornarono immuni dal crimine, e pieni di ammirazione. Resero, anzi, testimonianza alla sua divina dottrina, quando quelli che li avevano mandati dissero:

*«Perché non lo avete condotto qui?»*, Risposero infatti di non aver mai udito un uomo parlare così. Infatti nessun uomo parla così: lui invece aveva parlato così perché era Dio e uomo. Tuttavia i farisei, rifiutando la testimonianza di quelli, dissero loro: *Vi siete lasciati ingannare anche voi?* Vediamo infatti che vi siete deliziati dei suoi discorsi.

*Ha forse creduto in lui qualcuno dei capi o dei farisei? Ma questa gente, che non conosce la Legge, è maledetta!* Quelli che non conoscevano la legge, credevano in lui;

e quelli che insegnavano la legge disprezzavano lui, che aveva dato la legge, affinché si adempisse ciò che il Signore stesso aveva detto: *Io sono venuto [...] perché coloro che non vedono, vedano e quelli che vedono, diventino ciechi* (Gv 9, 39). Ciechi infatti son diventati i dottori farisei, illuminati sono i popoli che non conoscevano la legge, e hanno creduto nell'autore della legge.

Tuttavia Nicodemo, uno dei farisei, che si era recato dal Signore di notte, e che certo non era incredulo ma timido, (perciò infatti era venuto alla luce<sup>109</sup> di notte, perché voleva essere illuminato, ma temeva di essere riconosciuto) rispose ai Giudei:

*«La nostra Legge giudica forse un uomo prima di averlo ascoltato e di sapere ciò che fa?»* Quei perversi infatti, volevano condannare prima di conoscere. Ma Nicodemo sapeva, o piuttosto credeva, che se essi soltanto avessero voluto ascoltarlo con pazienza, forse sarebbero diventati simili a quelli che erano stati mandati per arrestarlo, e avevano preferito credere in lui che arrestarlo.

*Gli risposero*, dunque. Secondo il pregiudizio del loro cuore ciò [che avevano detto] anche a quelli:

*Sei forse anche tu della Galilea?* Cioè: per caso sei stato sedotto dal Galileo? Il

aeternam promisit, ubi nihil timeamus, ubi non conturbemur, unde non migremus, ubi non moriamur; ubi nec decessor plangatur, nec successor speretur. Quia ergo tale est quod nobis promisit amantibus, et Spiritus sancti caritate ferventibus; ideo ipsum Spiritum noluit dare, nisi cum esset glorificatus: ut in suo corpore ostenderet vitam, quam modo non habemus, sed in resurrectione speramus.

## TRACTATUS XXXIII

*Vade et iam noli peccare* (Io 7, 45-53; 8, 1-11).

Dominus damnavit peccatum, non hominem. Intendant ergo qui amant in Domino mansuetudinem et timeant veritatem. Etenim *dulcis et rectus Dominus*. Amas quod dulcis est, time quod rectus est.

**1.** Meminit Caritas vestra, sermone pristino ex occasione lectionis evangelicae locutos nos esse vobis de Spiritu sancto. Ad hunc potandum cum Dominus invitasset credentes in se, loquens inter eos qui illum tenere cogitabant, et interficere cupiebant nec valebant, quia ille nolebat: cum ergo haec locutus esset,

nata est de illo in turba dissensio, aliis putantibus quod ipse esset Christus, aliis dicentibus quia de Galilaea non exsurget Christus. Qui vero missi fuerant, ut eum tenerent, redierunt immunes a crimine, et pleni admiratione. Nam et testimonium perhibuerunt divinae doctrinae eius, cum dicerent a quibus missi fuerant:

*Quare non adduxistis eum?* Responderunt enim nunquam se audisse hominem sic locutum: *Non enim quisquam sic loquitur homo*. Ille autem sic locutus est, quia Deus erat et homo. Tamen Pharisei testimonium eorum repellentes, dixerunt eis: *Numquid et vos seducti estis?* Videmus enim delectatos vos esse sermonibus illius.

*Numquid aliquis de principibus credidit in eum, aut ex Phariseis? Sed turba haec quae non novit Legem, maledicti sunt.* Qui non noverant Legem, ipsi credebant in eum

qui miserat Legem;

et eum qui miserat Legem, contemnebant **illi** qui docebant Legem:

ut impleretur quod dixerat ipse Dominus: *Ego veni ut non videntes videant,*

*et videntes caeci fiant*. Caeci enim facti sunt Pharisei doctores,

illuminati sunt populi nescientes Legem,

et in auctorem Legis credentes.

**2.** *Nicodemus* tamen *unus ex Phariseis, qui ad Dominum nocte venerat*, et ipse non quidem incredulus, sed timidus; nam ideo nocte venerat ad lucem, quia illuminari volebat, et sciri timebat: respondit Iudaeis:

*Numquid Lex nostra iudicat hominem, nisi audierit ab ipso prius et cognoverit quid faciat?* Volebant enim illi perverse ante esse damnatores quam cognitores. Sciebat enim Nicodemus, vel potius credebat, quia si tantummodo eum vellent patienter audire, forte similes fierent illis qui missi sunt tenere, et maluerunt credere.

*Illi responderunt*, ex praeiudicio cordis sui, quod et illis:

*Numquid et tu Galilaeus es?* Id est, quasi a Galilaeo seductus. Dominus enim Galilaeus

<sup>97</sup> Cfr Gv 7, 52 Vulg.: “quia a Galilaea propheta non surgit”; Sabatier in nota: “Ms Cantabr. [...] *quoniam propheta de Galilaea non surgit.*”; e anche 51, 41 Vulg.: “Nunquid a Galilaea venit Christus?”; Sabatier in nota: “Cantaabr. [...]Nunquid de Galilaea Christus venit?”. In italiano mantengo il corsivo benché si tratti di una centonizzazione dei due versetti.

<sup>98</sup> Gv 7, 45.

<sup>99</sup> Questo periodo, e il recedente, sono ripresa non testuale del v. 46 Vulg.: “Responderunt ministri : Numquam sic locutus est homo, sicut hic homo.”.

<sup>100</sup> Gv 7, 47.

<sup>101</sup> Gv 7, 48-49.

<sup>102</sup> In realtà Mc 4, 12 Vulg.: “ut videntes videant, et non videant : et audientes audiant, et non intelligant:”. La citazione si riferisce a Gv 9, 39 Vulg.: “In iudicium ego in hunc mundum veni : ut qui non vident videant, et qui vident caeci fiant.”, di cui è abbreviazione.

<sup>103</sup> Cfr Gv 3, 1-2 Vulg.: “Erat autem homo ex pharisaeis, Nicodemus nomine, princeps Judæorum. Hic venit ad Jesum nocte.”.

<sup>104</sup> Gv 7, 51.

<sup>105</sup> Gv 7, 52 Vulg.: “Responderunt, et dixerunt ei:”; VL; “Responderunt ei, et dixerunt:”.

<sup>106</sup> Gv 7, 52. “est” è un evidente errore di stampa, per “es”.

<sup>109</sup> “venerat ad lucem” significa certamente che Nicodemo si era recato / era andato da nostro Signore; eppure non riesco ad evitare di vederci anche un’anticipo di quell’illuminazione di cui subito Beda palesa il desiderio. Nel dubbio, mantengo l’espressione che consente più di un riflesso.

Galilaeus dicebatur, quoniam de Nazareth civitate erant parentes ejus. Secundum Mariam dixi parentes, non secundum virile semen. Non enim quaesivit in terra nisi matrem, qui iam habebat desuper patrem. Nam utraque ejus nativitas mirabilis fuit, divina sine matre, humana sine patre homine. Quid ergo illi quasi legis doctores ad Nicodemum?

*Scrutare Scripturas et vide, quia propheta a Galilaea non surgit.*<sup>107</sup> Sed Dominus prophetarum inde surrexit. *Reversi sunt*, inquit Evangelista, *unusquisque in domum suam*.<sup>108</sup>

Signore infatti era chiamato Galileo, perché i suoi parenti<sup>110</sup> venivano dalla città di Nazaret. Ho detto parenti riferendomi a Maria, non al seme virile. Infatti non ha cercato in terra se non una madre, lui che aveva già il padre nell'alto. La sua nascita infatti fu mirabile in ambedue i sensi: divina senza madre, e umana senza padre uomo. E cosa [dissero] dunque quei sedicenti dottori della legge a Nicodemo?

*Studia [le Scritture], e vedrai che dalla Galilea non sorge profeta!* Ma il Signore dei profeti sorse da lì. *E ciascuno*, dice l'evangelista, *tornò a casa sua*.

dicebatur, quoniam de Nazareth civitate erant parentes eius. Secundum Mariam dixi parentes, non secundum virile semen: non enim quaesivit in terra nisi matrem, qui iam habebat desuper Patrem. Nam utraque eius nativitas mirabilis fuit; divina sine matre, humana sine patre. Quid ergo illi quasi Legis doctores ad Nicodemum dixerunt?

*Scrutare Scripturas, et vide quia propheta a Galilaea non surgit.* Sed Dominus Prophetarum inde surrexit. *Reversi sunt*, inquit Evangelista, *unusquisque in domum suam*.

**SEQUITUR**

<sup>107</sup> Gv 7, 52. NCEI traduce: “Studia, e vedrai che dalla Galilea non sorge profeta!” seguendo VulgN che omette “Scripturas”; in italiano integro.

<sup>108</sup> Gv 7, 53.

<sup>110</sup> Sono conscio che “parens” ha come primo significato il valore di “colui che genera / genitore”, ma può anche essere “colui che ha generato il genitore” e così via risalendo le generazioni i nostri parenti, la parentela. E qui mi pare che il termine sia usato in questa accezione.